Quinta propositio patet in quinto libro magne compositionis Almagesti et per Auctorem de motibus planetarum in theoricis.

Sexta propositio et septima clara est: ex secundo quadripartiti Ptolomei: ubi agit de aspectibus planetarum et de harmonia celesti: que constat ex concentu et proportionem aspectuum. Qui causati sunt ex determinato numero graduum: non omni sed sonori aspectus: et harmoniam celestem causantis. Planeta enim in horoscopo partiliter constitutus non agit in secundam domum sed bene in tertiam quartam et quintam domos; septimam etiam nonam decimam et undecimam neque agit in sextam octavam neque duodecimam.

Octava propositio est tota practica: que experitur esse vera ex parte rei. Habet tamen rationem in se: quia planete maiorem effectum producant quam ipse zodiacus. Ideo quando luna est existens cum planetis plus sumitur de iudicio: quam si eadem esset in aspectu ad gradum decubitus et sine aspectu aliorum planetarum. **Secunda** etiam pars propositio patet: quando enim Socrates non febricitabat vel febris non periodicat lune aspectus non sic operantur in egrum: quantum operantur in bonum vel in malum quando in tali paroxismo est in aliquo aspectu aggravans virtutem vel ipsam subleuans.

Nonna propositio. Ratio nonne propositio nis est naturalis: quia Socrati nascenti sunt congenite influentia ad sua accidentia naturalia: que verificantur post in diuersis directionibus: reuolutionibus: atque profectionibus: que omnia dependent a prima radice natiuitatis. Ideo resolute velle scire exitum alicuius accidentis vel infirmitatis est reducere hec ad sua principia propria in quibus hec omnia latitant. Habita ergo hora sensibilis lesionis: quam inuenies in suis causis et a causa supra effectus et post ab effecty ad causam regrediendo omnia annexa inuenies: et sic de pronosticis recte iudicabis.

Decima propositio. Sicut omnes virtutes (alternatis vicibus) in hec inferiora continue influunt: sic per solam lunam (que est partialis causa) non erit adequatum iudicium neque totalis erit facienda pronosticatio de infirmitate per solam lunam.

Undecima propositio. Ista propositio habet plures partes atque membra: sed primam probatur per eclipsim lune: in qua luna perdit lumen proprium per interpositionem terre. Tunc alteratur: et recipit peregrinas impressiones priuatiue: quia tenebras: recipit iterum et impressiones nouas positue: quia lumen a sole: non tamen luna corrumpitur

sed alteratur. In quo quidem gradu zodiaci imprimatur quedam mala potentia producendi fere infinita accidentia per diuersam mixtionem: tam per diuersos aspectus diuersorum planetarum: quam per diuersas corporalem existentiam planetarum: in eodem gradu sic qualificato a duobus luminaribus oppositis diametraliter: qui sunt ad vnum effectum causandum concordantes. Quando enim luna quadrato aspectu locum eclipsim respererit et fuerit signum aqueum: pluuia certe producet et seuas in aere mutationes. Si etiam gradus ille introitu solis in principium arietis minaci radio respererit totius anni defectus annone promittet. Si etiam fuerit in signo humano certe species humana plus patietur: quam species brutorum: magis tamen patietur ille natus: in reuolutione cuius ille gradus male affectus per eclipsim: per directionem peruenerit ad ylec vel significatores alicuius euentus: vel ad horoscopus: faciet certe Socratem infirmari a forti causa: et non Platonem: ad horoscopus cuius nondum peruenit talis ataxit vel directio nulla tamen causa ibi tunc existente: quia non sunt ibi luminaria neque eclipsis. Jam enim luminaria ab illo gradu recesserunt. Relique propositio nis partes patent: quia probate sunt ibidem.

Capitulum quintum. De rationibus contra Hippo. Gal. et Auic. demonstratibus ipsos male de diebus ceticis determinasse.



Sed quidem propositiones sic demonstrate erunt iudices recti et obliqui: ex quibus apparebit quid veritatis contineat doctrina Hippocratis: Galieni: Auic. et aliorum medicorum de pronosticis et diebus ceticis. Nec expedit omnia in medium modo proponere: sed ea que maiorem difficultatem pre se ferunt. Neque auctoritas tantorum virorum aliquem seducat. Si enim Aristotilis philosophorum principis apud bene sensatos non valet: non video cur ratio ni potius acquiescere non debemus quam alicuius auctoritati: etiam Hippocratis: Galeni: vel Auicenne. Presertim ubi agitur de salute generis humani. Age ergo: cum omnia contradictoria quando est super veritatem in primis est. **Primum** tenebras illorum partem in philosophia et minus in astronomia fundatas: cuius nudi extiterunt. Et de pronosticis atque de diebus ceticis agamus. Nemo certe ad perfectionem gradum cognitionis per quascunq; scientias alias peruenire poterit: quam per scientiam precipuam pronosticorum. De qua Hippocrates et Galen.

De pronosticis Egritudinum

non modicum degustauerunt : non tamen digesserunt. Cibum ergo ipsorum semicrudum tentabimus digerere: ponentes modos eorum imperfectos summo contrarios adinuicem: et sibi ipsis non constantes. Forte quia scientie tales tempore ipsorum resolute non extiterunt. Maxime tempore Auicene: de quibus ipse parum admodum degustauit. Cuius Hippocrates autem particula secunda apborismorum. xliij. aliquibus Theoricis nobis posuit de diebus criticis pronosticandis: que non theoretica sed potius confusio omnibus medicis collegiantibus existit. Cuius errores monstrabimus aperta ratione. Dixit enim quod quarta est indicativa septime: et octava est principium secunde hebdomade: et undecima est contemplaria: quia est: et quarta secunde hebdomade. scilicet decime quarte: et etiam quia est prima a decima septima: que decima septima est etiam contemplaria: quia est quarta ipsius ratione. scilicet tertie hebdomade. Et quibus dictis clare constat omnia voluntarie fuisse dicta: et nullam rationem sequuta. Primo quia hebdomadam secundam non posuit continuatam cum prima: sicut posuit: principium vel hebdomadam tertiam continuatam cum hebdomada secunda. Cuius sequitur et secundum inconueniens. scilicet quod undecima est quarta ipsius decime quarte: que est et quinta ab ipsa septima. Pari ratione et quarta. scilicet tertie hebdomade: que est decima septima deberet esse quinta ab ipsa decima quarta: et tamen posuit esse quartam et non quintam ab ipsa decima quarta. Cuius sequitur et tertium maius inconueniens. scilicet quod ista diuisio dierum iudicialium non conuenit ad eam: neque cum lune cursu: quo ad eius aspectum: et minus conuenit cum horum particularibus Inuasionis paroxysmorum febrium tertiane acute: que habet motum de tertio in tertium vel eiusdem proportionem: que periodicationes sunt applicande ad cursus vel aspectus lune cum gradu hora decubitus: ut probatum est supra per nonam Propositionem: quod luna existente vacua cursu vel sine aspectu ad gradum decubitus: nullum fit iudicium de crisi. Probatur etiam: quod die quarta luna non est in aspectu aliquo: neque febrium periodicat: sed bene die quinta currente: quoniam erit in aspectu sextili: et etiam in eadem die febrium periodicabit: ut clare patet in nostro mense medicinali sub die Jouis in primo aspectu sextili. Si ergo die Mercurij: que est quarta a die solis in qua Socrates cepit febrire febrium tertiana: die quarta non febricit: ergo virtus in quarta die non pugnat cum morbo: quomodo ergo medicus per non pugnas iudicabit de crisi futura: certe non: et eadem ratione sunt impugnandi dies iudiciales Hippocratis sic absolute prolati sine ordine ad cursum lune et sine respectu ad dies maioris exacerbationis febrium. Auicena autem in capitulo secundo secunda quarti tractatu secundo. Cum narraisset diuersas auctorum positiones: quomodo tempora cricum febrium acutarum mensurantur per cursum lune: certe defecit in iudicio. Forte quia ipse operam planetarum cursibus: et iudicijs stellarum non dederat: ideo neque sciuit se resoluere: que illarum esset potior. Sed si in huiusmodi scientijs resolutus fuisset istam materiam iudiciorum per stellas (ut per causas principales) ad vnguem resoluisset. Damnauit tamen Hippocratem in fine eiusdem capituli: scilicet quod sermo eius fuit ante quam bene sciret esse de diebus criticis. Cuius si ergo ista scientia Astronomica non erat tempore Hippocratis et fuit tempore Auicenne: quare ipse resolute non pertractauit istas pronosticationes tam nobiles atque medico necessarias? Sed magis declinare voluit ad viam sinistram: in qua sunt labores et errores continui. scilicet iudicare per ea que apparent cum cricibus multis: et per aliam accidentia fallacia. Et dixit quod medico non pertinet scire: que sit causa crisis. Quoniam inuestigatio illius cause naturalis vel Astronomicæ trahit medicum ad aliam artem. Sed oportet (inquit) quod sermo medici sit de diebus criticis secundum semitam experientie sensate. Quam quidem rationem sue confusionis cum bonore suo poterat pertransire: quia concludit quod ad medicum non pertinet cognoscere dies criticos per causas veras et adequatas corporum celestium: sed tamen per ipsa materialia et ab effectu: in quibus accidunt errores manifesti propter indeterminationem materie solitarie accepte: ut non reducuntur ad causam proximam et vicinam remotam. Neque talis cognitio distrabit medicum ad aliam artem: quam necessario ars medicine presupponere debet. Sicut enim medicina presupponit philosophiam et illa dialecticam. Medicus enim eque bene sillogizat in arte et facultate medicine: sicut etiam pertractat multa naturalia applicando ad artem et ad sanabilitatem. Homo enim est subiectum philosophie naturalis: et idem homo est etiam considerationis medicine: in quantum est per artem sanabilis: sic etiam mutare ab Astronomia quas presupponere debet et applicare ad pronostica de futura sanitate et morte ut congruere: quoniam de futuris per nullam scientiam aliam medicus bene pronosticari potest sicut per Astronomiam. Cuius rationes autem nostre si bene procedunt contra Hippocratem atque Auicenam: militabunt etiam contra Galienum et maxime contra eius diuisionem mensis medicinalis in dies. xxvi. cum dimidio demptis

pocratis sic absolute prolati sine ordine ad cursum lune et sine respectu ad dies maioris exacerbationis febrium. Auicena autem in capitulo secundo secunda quarti tractatu secundo. Cum narraisset diuersas auctorum positiones: quomodo tempora cricum febrium acutarum mensurantur per cursum lune: certe defecit in iudicio. Forte quia ipse operam planetarum cursibus: et iudicijs stellarum non dederat: ideo neque sciuit se resoluere: que illarum esset potior. Sed si in huiusmodi scientijs resolutus fuisset istam materiam iudiciorum per stellas (ut per causas principales) ad vnguem resoluisset. Damnauit tamen Hippocratem in fine eiusdem capituli: scilicet quod sermo eius fuit ante quam bene sciret esse de diebus criticis. Cuius si ergo ista scientia Astronomica non erat tempore Hippocratis et fuit tempore Auicenne: quare ipse resolute non pertractauit istas pronosticationes tam nobiles atque medico necessarias? Sed magis declinare voluit ad viam sinistram: in qua sunt labores et errores continui. scilicet iudicare per ea que apparent cum cricibus multis: et per aliam accidentia fallacia. Et dixit quod medico non pertinet scire: que sit causa crisis. Quoniam inuestigatio illius cause naturalis vel Astronomicæ trahit medicum ad aliam artem. Sed oportet (inquit) quod sermo medici sit de diebus criticis secundum semitam experientie sensate. Quam quidem rationem sue confusionis cum bonore suo poterat pertransire: quia concludit quod ad medicum non pertinet cognoscere dies criticos per causas veras et adequatas corporum celestium: sed tamen per ipsa materialia et ab effectu: in quibus accidunt errores manifesti propter indeterminationem materie solitarie accepte: ut non reducuntur ad causam proximam et vicinam remotam. Neque talis cognitio distrabit medicum ad aliam artem: quam necessario ars medicine presupponere debet. Sicut enim medicina presupponit philosophiam et illa dialecticam. Medicus enim eque bene sillogizat in arte et facultate medicine: sicut etiam pertractat multa naturalia applicando ad artem et ad sanabilitatem. Homo enim est subiectum philosophie naturalis: et idem homo est etiam considerationis medicine: in quantum est per artem sanabilis: sic etiam mutare ab Astronomia quas presupponere debet et applicare ad pronostica de futura sanitate et morte ut congruere: quoniam de futuris per nullam scientiam aliam medicus bene pronosticari potest sicut per Astronomiam. Cuius rationes autem nostre si bene procedunt contra Hippocratem atque Auicenam: militabunt etiam contra Galienum et maxime contra eius diuisionem mensis medicinalis in dies. xxvi. cum dimidio demptis

demptis duobus diebus cum dimidio: in quibus luna non lucet: destructo equidem eius fundamento et falso supposito: tota eius acceptio mens medicinalis corruet. Quod dupliciter patet. Primo: quia luna in illis duobus diebus plus operatur mali: quam in quocumque alio die. Quia enim sunt duo luminaria in unum effectum producendum: ex quo non solum quattuor elementa contremiscunt: verum etiam omnia elementata patiuntur. Retia in mari et omnes panis corroduntur: aeres alterantur infirmi et debiles resolvuntur: et omnia humidam substantiam habentia diminutionem suscipiunt manifestam. Luna etiam in illis diebus lumine privata non est: sidus enim eius medium versus solem semper illuminatum est: preterquam in eclipsi: quando deperdit totum lumen: neque per hoc virtute agendi privata est: sicut luminaribus sub horizonte existentibus continue gubernant uniuersum: quibus circumscriptis omnia ruerent naturaliter. Ideo illa Galieni subtractio duorum dierum cum dimidio vana est: et per consequens reliquorum dierum diuisio in .xij. dies et quarta diei recet.

Capitulum sextum. Rationes contra recentiores male sentientes de diebus creticis.

Regere patres tempore quorum scientia Astronomie non vigeat non satis licet: immo certe excusandi sunt: sed non video excusationem valere modernorum temporibus: quorum tempore Astrologia perfectionem satis intensam videtur habere: et tamen video quosdam in suis tractatibus de diebus creticis: theoretico atque practico negotio ab Astronomica veritate declinare: quibus satis compatior: quorum alter multa Astronomica modo vera modo simpliciter falsa sibi ficta in eodem tractatu de diebus creticis interseruit nescius Astrologie: fuit etiam sibi ipsi contrarius ignorans vocem propriam: ea enim Astronomica que quandoque pro se adduxerat: eadem tamen in fine sue locutionis omnia Astronomica simul negavit: negavit et se ipsum: dum affirmaret quod boni et exercitati medici non inuenerunt differentiam in pharmacado vel sbotomando in nouilunio vel alijs aspectibus luminarium: negans actionem stellarum in hoc infer. ora: nisi forte agant aliquomodo uniuersali ipsi ignoto. Et addit quod dicta medicorum sunt arbitraria et valde vana de crisi propter materie indeterminationem. Cum autem eius scripta sint de crisi: ergo sunt arbitraria et valde vana: sit ergo ipse et sua omnia valde vana: qui vane credit quod medicorum pronos-

tica sint valde vana: quem neque nominabo ne quid turpe perpetuet. **C**onfisi stomachum mouissent mihi bec: que lacerant et artes et artium inuentores et veritatem: existimarem certe non minus fatuum esse fatuas positiones impugnare: quam sunt ipsius fatue positiones. Sed ne quis minus edoctus atque perspicax in hijs labatur: quantam in se veritatem contineant: et ex quibus medijs constant: palam faciemus (quo fiet) ut quisque veritatis amator ex nostris veris rationibus veritatem manifestantibus simul et scientiam et utilitatem non mediocrem consequetur. **P**onit enim quod luna est fauoris virtutum: patet et experientia probatur (dixit ipse) accedente enim luna et crescente aqua: sere nunquam eger moritur: sed bene decedente. **I**sta quidem propositio vera est: quia singulis in horis hoc experiri esse verum: maxime apud hispanos: qui bec curiose obseruat. **T**unc arguo ad hominem: quomodo ergo bec inferiora dependent a superioribus aliquomodo uniuersali nobis ignoto: si illa actio lune fauoris virtuti limitetur atque verificetur in his horis terminatis. scilicet de sex horis in sex horis: in quibus luna ascendit vel descendit et mare fluit et refluit: fluendo fauet virtuti et eger non moritur et refluyendo subtrahit preiudicium virtuti: et sic destituta eger proxime moriturus: moritur. Si ergo concedit (et bene) quod per motum lune fit talis cognitio in particulari: quare non potest fieri iudicium magis verum per causas celestes magis fortes: quando scilicet sunt magis unite: ad unum effectum producendum: et non inueniunt obicem: neque contra operantiam aliarum stellarum ad illud impediendum: puta quando duo luminaria fuerint et in viam naturam conueniant: vel stelle superiores a sole: tunc certe iudicium de futuris eventibus erit facile: immo clausis oculis et aperto ore non satis enuntiare poterit: quin magis dicendum restaret et illud est verum. **Q**uare ergo non sic de pronosticis erit iudicandum: nonne probauimus quod stelle agunt in quattuor elementa: et etiam in omnia elementata ergo in humores hominum: qui ex elementis formaliter constituti sunt: quorum actiones scite sunt: quia terminate actionis: ergo et scientie: de quibus supra satis demonstrauimus: ergo pronostica medicorum vera possunt esse et non valde vana. **Q**uod autem subdit quod cause bone crisis sunt mali aspectus lune: quadrati scilicet et oppositi. **Q**ui fauent virtuti et contrariant morbo: et ideo fit crisis bona in decimaquarta: quia virtus aucta propter aspectus males insurgit ad pugnam. **Q**uis posset somnari maiores fatuitates in Astrologia: probatum est enim supra: quod neque virtus debilis neque fortis facit

De pronosticis Egritudinum

periodos diuersas febrium: sed ipsi humores diuersi a tota sui substantia habent motus diuersos et solum a malis aspectibus malorum planetarum putrescunt et virtutem stimulant et quanto magis stimulantur tanto maiore conatu virtus per se intendit producere et pugnare per naturam et contrarijs resistere. Virtus enim in hora quinta non pugnat: quia stimulat non est neque insurgit ad pugnam: quous sit fortis. Ad ergo mali aspectus fauet virtuti: immo eius oppositus est verum. scilicet mali planetarum et mali aspectus eorum produciunt in nobis morbum: ergo non fauet virtuti. Neque boni contrariatur virtuti: immo fauent: quia tales generant et nos in sanitate conseruant. Sicut Iuppiter Venus et Luna et Sol per aspectum. Mars vero et Saturnus abscissores vite existunt: prius infirmo nos: alij vero planetarum per accidens: sicut Mercurius: qui est bonus cum bonis et malus cum malis existit: sortitur enim naturam planete cum qua inuentus fuerit: forte propter debile esse ipsius: de quibus latius infra. **C**Ex quibus solui poterunt questiones contingentes in materia ista. **N**eque possum silentio pertransire dictum eius. scilicet medici exercitati non inuenerunt differentiam: in pharmacado vel slobotomado in nouilunio: vel alijs malis aspectibus lune cum sole. Quero tamen ab ipso: si ille sit vnus de illis sic exercitatis et bonis medicis: qui non adinuenit diuersitatem in slobotomando et pharmacado suos infirmos in plenilunio vel nouilunio. Caueat dicere quod sic: quia viles muliercule leuantes panos: essent magis prudentes ipso: que nouilunium vel coitum lune cum sole obseruant: ne panum in illa hora loti corrodantur: et piscatorum retia in mari tunc existencia corripantur. **C**ensuram etiam Hippocratis incurret dicentis quod quisque caueat a medico ignorate Astrologia: quia stelle confundunt et alterant quattuor elementa confundunt et quattuor humores: quare ipse stelle in suis aspectibus sunt confusi: humoribus autem stantibus confusis et ipsis in ebullitione positus: si pharmacia vel slobotomia illa in hora exhibeatur: certe equaliter humores boni pariter et mali effluent. Neque virtus regitiua toti regulare poterit contraoperantiam tanti influxus: et quous eadem virtus sit magis sollicita per se: vt retineat magis apud se bonos humores quam malos: nisi superata a confusione et ebullitione humorum per combustionem luminarium causata superatur: et indifferenter humores per pharmacias vel per slobotomiam effluunt: Virtus etiam disgregatiua non potuit contra tantam contraoperantiam disgregare: quo fit vt in illa hora medicina exhibita educat

humores bonos et malos. Propter quid autem medicine quandoque operantur laudabiliter educendo humores peccantes sine resolutione virtutis et virtus subleuatur: et eadem medicine quandoque laboriose solvunt seu accidentia producentes: de quibus medici imperiti solent admirari conantes assignare non causam: vt causam. scilicet materia fuit bene disposita vel indisposita: sed vera causam ignorant de quibus post dicturi sumus.

Capitulum septimum. Rationes contra alios modernos male sentientes de diebus creticis.



Gratia alter qui in suo libello de diebus creticis secutus est errorem Ptolomei in enunciato sexagesimo centiloquij ponetis figuram sexdecim laterum: in qua distributus est zodiacus ad equas portiones in gradus. scilicet vigintiduos minuta triginta: pro singulo latere ad quam diuisionem equalium graduum et laterum debebat etiam diuidere et tempus per quod luna perambulat dicta sexdecim latera. scilicet dies vigintiocto: qui mensis medicinalis dicitur: et tamen posuit diuersitatem multam et impossibilem. In primo enim latere posuit dies tres: in secundo diem vnum: in tertio vnum diem: in quarto autem duos dies: qui collecti sunt septem dies: et sicut prima quarta huius figure est diuisa: sic etiam relique tres quarte sunt diuise. Implicat enim contradictionem: quod spacium per quod luna perambulat sit equaliter diuisum: et luna moueatur equaliter: et quod tempus sit inaequale: in quo luna mouetur et perambulat singula latera: quod quidem impossibile probatur. Mobile enim motum equali velocitate semper et spacia sunt equalia equaliter erit et tempus. Sed luna equaliter mouetur: quia in diebus vigintiocto (vel circa) pertransit sexdecim latera: que latera sunt equalia et spacia equaliter diuisa: quia vnusquodque laterum in gradus vigintiduos et minuta triginta: et tempus etiam erit equaliter necessario: cuius oppositum auctor posuit: ponens diuisionem laterum equalium: et gradus zodiaci equalium: et lunam moueri equaliter: et tamen posuit in diuersis lateribus diuersitatem dierum: modo enim posuit vnum diem: modo duos: modo tres dies. In quibus luna pertransit equalia latera: quod nullus intellectus capere potest nisi Auctor is. **C**Arguo etiam contra Ptolomeum et contra istum eius vanum in hoc imitatozem: deducendo ipsos ad impossibile: quod diuiserunt figuram sexdecim laterum ad equalia diuisiones stante obliquitate zodiaci et

alaci & horisotis: quero modo ab illis quatum elevabitur polus supra circulum positionis in istis angulis equalibus: vel ubi erit conuentus istarum domorum: in polo ne mundi: vel polo zodiaci: aut in comuni sectione horisontis & meridiana. No in aliquo istorum locorum: quia in illis aree vel capacitates domorum continue variantur: neque conuentus domorum rationalis potest esse alibi: ergo ista positio & diuisio domorum est impossibilis neque intelligibilis: preterquam a solo Ptolomeo: & isto auctore: qui sequutus est ipsum: propter debilitatem eius intellectus & iudicij ad pauca respicientis. ¶ In suo etiam enunciatio decimosextimo iudicat esse lune per singulos angulos sexdecim laterum: ac si luna esset in singulis angulis in aspectu gradus loci decubitus. ¶ Probatum est enim supra propositione quarta & quinta: auctoritate Ptolomei ex primo quadripartiti: quod planete non agunt in alius gradum extra semis per aspectum: ut planeta existens in duodecima domo non aspiciat horoscopus. Cuius oppositum dicit Ptolomeus in dicto verbo sexagesimo centesimo non memor vocis proprie in primo & tertio quadripartiti: ubi ponit quod planeta non aspiciens ascendens non potest esse vlt. Et hic ponit in omni distantia omnium laterum esse lune observandus fore. ¶ Ex quo patet quod error Ptolomei seduxit & alios male resolutos in scientijs & deficientes in iudicio. ¶ Ponit & aliud nulla ratione neque experientia comprobatum. scilicet quod luna est causa creticorum in morbis diarijs. Sol vero in mensuris & ceteri planete in annis. Ista doctrina certe est aliena ab omni veritate & experientia. Patet: quia Sol Venus & Mercurius peragunt suos orbis equali in tempore. scilicet per annum. Omnibus enim est idem medius motus: quare ergo omnes tres non sunt causa creticorum equaliter: vel in mensuris vel in annis: si motus omnium est equalis: & tamen posuit sol esse causam in mensuris: & planetas reliquos in annis. Voluntaria est ergo hec eius positio & diuisio. Cum oes certe sapientes: Indij: Babilonici: Caldei: Egyptij: Greci atque latini conuenerunt in hanc sententiam ratione & experientia comprobata: quod omnes planete cum stellis fixis sunt cause adequate omnium effectuum naturalium in his inferioribus: & quod unaqueque stella (secundum diuersum gradum intensum pro diuersitate potentiarum & virtutum) est concausa partialis & secundum quod diuerse cause partiales generant Socratem & alie Platonem in diuersis temporibus stante etiam diuersitate materie parentum vel aliorum genitorum: ita diuersos effectus produciunt in his diuersis suppositis: quo fit ut in

eidem hora Socrates infirmetur & Plato videretur discurrentibus nobis per omnes effectus mundi reducibiles ad causam efficientem eis propriam. Sicut enim in natiuitate iudicamus per omnes planetas & stellas nobis notas per suas naturas essentielles & accidentales: sic etiam in ipsis morbis iudicandum erit de pronosticis & de diebus creticis. Sed quia luna habet motum velocem & proxima nobis existit: lumen a sole recipiens nocti dominatrix: humiditatis productiua: sua velocitate virtutes omnes & influentias aliarum stellarum de ordine in ordinem trahere renouata lumine motu & dignitate: ideo auget omnia: que humidam substantiam habent & eadem diminuta virtute per accidens subtrahit & minuit eisdem que humide nature existunt: quod maxime apparet in debilibus & egrijs qui a modicis leduntur & alterantur sensibiliter. Ideo pulsi patres lune cursum in pronosticis obseruari iusserunt: non tamen ut causam totalem sed partialem: magnam tamen partem conferentes (ut in pluribus) propter potentias & conuenientias quas habet in humoribus & humiditatibus alterandis. ¶ Solutis modo erroribus pulcorum patrum & recentiorum ponamus modum proprium non prius positum: sed scientificum de cognoscenda essentia morborum per causas proprias & adequatas. Iudicium certe vicium creticorum presupponit cognitionem essentie egritudinis: que non prius cognoscitur quam cause omnes cognoscatur efficientes. scilicet & materiales: efficientes vero sunt luna & planete. Materiales vero sunt humores peccantes cum corporis accidentibus. Que per multas crises apparerent. Nulla enim causa celesti existente: neque morbi: neque egritudines certe erunt: neque aliquis alter effectus in tota sphaera actiuorum & passiuorum. Probatum est enim supra propositione secunda quod stelle non causant humores neque periodos eorum: quos quilibet sibi proprios a natura determinat: sed bene stelle sunt cause: quod ipsi alterantur atque corrumpuntur & febres generantur ad quas & mors contingit. Sicut enim stante aeris serenitate breui in tempore & propter opinionem multorum per stellas subite producuntur mutationes aeris: & pcella cum vi ventorum: corruptiones atque tepestates: quare ergo non sic eadem stelle cause sint alterationis humorum atque eorundem corruptionis: qui ex elementorum formis constant: stante enim sanitate nulla sensibili precedente oppilatione vel malo regimine in sex rebus non naturalibus Socrates a febre maligna subito arripitur: quod manifeste apparet in epidimia & febre pestilentiali: que non nisi per figuras celestes cau-

De pronosticis Egritudinum

santur. Sapientes enim omnes conuenerit in hanc sententiam experientia comprobata & rationi consonam: quod diuersi stellarum conuentus Solis & lune in eclipsibus & alijs coniuunctionibus magnis producat diuersas epidemias atque morbos in diuersis suppositis diuersimode dispositis: modo magis vnus corrumpendo quam alterum: secundum quod diuersae directiones abscessorum in diuersis natiuitatibus perueniunt ad suos terminatos promissores. Neque hoc contingeret: nisi in caelis esset quedam lis & amicitia. Sunt enim planetae qui promiscue & per naturam se diligunt & adinuicem conueniunt: sunt etiam qui nullam auerentiam sed mutuo se odio habent: ut Sol odit Saturnum. Sol enim calidus & luminosus est virtuosus & Saturnus est frigidus & tenebrosus. Sol nobilis & regius: Saturnus vilis & fetidus: Sol magnanimus & Saturnus inuidus: Sol est dignitatis & vite auctor: haec vero vite abscessor: Sol annone auctor est. Saturnus annos obstructor existit: quoniam sunt dies in reuolutionibus annorum vel natiuitatum. Vbi enim sol exaltatur Saturnus cadit: ubi etiam sol cadit: Saturnus exaltatur. Talis est apparet inimicitia naturalis in mineralibus eiusdem planetis suppositis: quod est quid mirum in natura. Aurum enim a plumbo patitur alterationem manifestam. Si enim plumbo admisceatur vel etiam si supra fumum plumbi liquefacti tenetur: aurum certe efficietur frangibile: sed si ad cupellam ambo poneretur: certe plumbum penitus destruitur: & non se simul copatiuntur. Haec etiam Saturnus per naturam abscessor est & sua frigiditate vite omnium contrarius existit. Similiter est etiam naturalis inimicitia ipsius Martis cum omnibus: ideo ipse est abscessor uicentium fortis existit. Quando per directionem vel applicationem ad datorem vite peruenerit. sua enim ignea & innata influentia maligna obuiando abscondit. Sed bene conueniunt Sol Luna Venus & Iuppiter: quod datores vite existunt & mutuo se amplectantur: sic etiam mineralia ipsis subiecta se copatiuntur. Aurum enim argentum & cuprum admixta se copatiuntur & amplectantur amicabiliter: Venus autem & eius minerale (quod est stagnum) hijs tribus admixta propter sui crudam frigiditatem non se compatiuntur adinuicem: dicant quicquid velint archimiste dicentes quod es metallum est ipse Venus: & stagnum ipse Iouis: immo totum oppositum est verum. Iuppiter enim qui est diurnus masculinus calidus & humidus temperatus auctor vite & generationis: quomodo ipsi iure potest appropriari stagnum: quod est frigidum superfluum & humidum habens naturam crudam & corruptentem multorum. Si enim ipsi auro aut

argento vel eri admisceatur: certe non se conueniunt adinuicem: sed frangibilia sunt omnia: si enim stagnum esset ipse Iouis: tunc & stagnum amicabiliter coniuingeretur ipsi auro: sicut Iuppiter conuenit ipsi soli. Omnis enim planeta conuenit in natura proprio metallo: non ergo Iuppiter conuenit ipsi stagnum frigidum: sed bene es calidum conuenit Ioui calido: & stagnum frigidum superfluum & humidum conuenit nature Venere: quae frigida est & nocturna & feminina. De substantia autem argenti vini multa possunt dici digna admiratione: quia est quedam natura humida ad formam aquae: quae fluit & humectat: argentum autem visum fluit non tamen humectat: igne non sustinet sed libenter enolat: cum rarefactum est: & iterum redit ad formam pristinas: & est quedam materia in actu sine forma perfecta appetens alias formas (ut perficiatur) multis enim metallis copulatur: est cum bonis bona & cum malis mala: sic contingit & Mercurius: qui forte propter eius debilem virtutem cui planetae copulatur eius naturam sortitur: frequenter a sole comburitur: euolat tamen & in purissimam naturam & formam redit: & solem contempnere videtur: sicut & argentum visum ipsum continet ignem. Liceat nunc quiescere parum digredi contra archimistas: qui vana spe ducti credunt formas auri & argenti posse multiplicare: quam formam sulphur citrinum vocant ipsius auri: & sulphur album ipsius argenti. Credunt etiam ex metallis imperfectis aurum vel argentum posse generari: quorum utrumque videtur esse impossibile. Si enim natura nouerca subtrahat medietatem nobis: ut formas substantiales: quid dicat: & vicinas differentias ignoremus: quia sensus ad ipsas non se profundat: de quibus coartice: & non medullas cognoscimus: quomodo Archimiste talia ignari sperant posse scire sagacem operationem ipsius nature in productione metallorum in visceribus terre: ignorantibus quando & ex qua materia metalla & lapides producti sunt: qui simul cum mineris omnibus & immediate existunt. Neque ibi apparet materia ex qua metalla de nouo possint generari (ut ipsi fingunt quod argentum visum est materia omnium metallorum: cum nullibi sit argentum visum: ubi sunt minere alie). Patet quia si eri in aurum volendo conuertere medicina applicetur: ut alterationibus ignis & corruptionibus eius resistere possit: quero si illa medicina secunda indiget alia medicina: ne per ignem corrumpatur? Certa est quod sicut querenda est & tertia medicina: quae preseruabit priorem ab alterationibus ignis: quare daretur processus in infinitum. Cum autem es corrumpatur ab igne & medicina

dicitur omnes similiter corrumpuntur: quia omnia
 sub cōcauo orbis lune ab igne corrumpuntur
 prout aurum et argentum: quibus multum resistat:
 tamen in fine et ipsum corrumpitur. Ergo ea
 non conuertetur in aurum et minus reliqua
 mineralia: quia per artem non fit: quod ab igne
 non corrumpatur sicut aurum: ergo vana est
 spes archimistarum opinantium ex non auro
 posse facere aurum: ignoratur enim medium
 quomodo natura operatur in visceribus terre.
 Neque etiam sulphur auri et argenti extra-
 ctum ex auro et argento (si fit extractio) potest
 multiplicari per eandem rationem: quia quod
 illi addetur illud est corruptibile per ignem:
 Neque ipsum sulphur in se multiplicabitur: quia
 non recipit nutrimentum ad intra: quia non est
 viuum: ergo ex non auro non erit aurum: et
 per hanc artem archimistarum vana et sophisticata est.
 Neque verum est dicere quod possunt minera
 imperfecta a sua lepra mundare: quod sic
 mundatum remanebit aurum vel argentum:
 lepra enim illa est sua forma et sua operatio
 vel passio: tollere enim propriam operationem
 est substantiam eius tollere: neque tale
 mundatum (si mundari potest) remanebit au-
 rum: quia sunt species distincte: vna enim non
 participat alia. Hec autem voluit dixisse: compa-
 rior enim multis: qui tali morbo laborant:
 qui si hec nostra legerint et bene speculati fue-
 rint: forte a sua lepra ignorantie mundabun-
 tur: hec ipsis modo sufficiant: et nostra cepta
 persequamur. Est ergo naturalis amicitia et
 conuententia stellarum actio et contraoperan-
 tia et peregrinarum impressionum mutua re-
 ceptio non tamē corruptiua: ut patet in eccli-
 psi lune: que totum lumen amittit: et iterum
 nouum lumen recipit non corrupta lune sub-
 stantia: mixtio tamen illarum stellarum sine
 amica fuerit siue inimica: transeat: non tamē
 actu sit frigida vel calida. Neque philosophia
 naturalis hoc admittit: sed bene virtualiter:
 cum suis. non influentijs producunt has passio-
 nes omnes in sphaera actiuorum et passiuorum:
 per amicas enim constellationes supposita
 individuorum conseruant et per non conue-
 nientes corrumpunt. Omnes ergo passiones
 sanitatis atque egritudinis reducuntur ad cele-
 stia corpora tanquam ad sua principia: non enim
 Socrates generat: nisi illud per stellas sibi co-
 cessus fuerit in natiuitate: sic neque confirmatur.
 Querenda est ergo hora natiuitatis vel hora
 sensibilis leonionis: cuius dies cretica queren-
 da est: ad quam celi figura equanda est: et pla-
 netarum situs obseruetur pariter et stellarum
 fixarum prime vel secunde magnitudinis: que
 in cardinibus reperte fuerint: grandes enim
 effectus solent producere pro qualitate natu-
 re ipsarum. Figura tamen natiuitatis est illa

que regulat omnes alias figuras: tamen enim
 a radice pullulant et descendunt. Et si ergo quod
 medicorum exacte negotium pronosticorum
 scire cupit: conferat vtriusque figuram nati-
 uitatis. scilicet et principij egritudinis. Iudicando
 primo vniuersaliter: ut in natiuitate solet iu-
 dicari: postmodum magis particulariter ap-
 plicando esse ascendētis ipsi lune et soli ad pntē
 egritudinē diligēter considerando que stellatio
 causauit illā egritudinē: et quomodo se habe-
 bit luna ad planetas in aspectibus mēsis me-
 dicinalis. Et si luna erit bene affecta in decima
 quarta vel male: ad quam cognoscendā sollicitudo
 medicorum esse maxima. In decima quarta. non
 febres acute solent terminari ad salutem vel
 mortem. Nonende ergo sunt constellationes
 omnes que variant omnes morbos: quibus
 cognitio cognoscetur quando Socrates de-
 cubuit a forti causa: que ut sic solet causare egrit-
 udinē terminabilē ad mortē: ut que infirmant
 tempore coitus luminariū cum aliquo inimico
 aspectu Saturni vel Martis: tales nunquam vel
 difficillime euadunt. Vel quā dñs ascendētis
 fuerit in domo mortis. scilicet octaua a domo in qua
 est male receptus. Pugna etiam malorum in fi-
 gnis mobilibus si fuerit: certe erit ebullitio
 multorum humorum cum alienatione mētis. Et co-
 sideret etiam si virtus subito cadit. Si minere in
 venis magnis prope cor extiterint vel ad extra
 venas fuerint. Si eger audax vel timidus fue-
 rit: et denique si medicine pseret vel non. Quorum
 omnia et similia multorum facilis erit cognitio
 et facilius pronosticatio: qui esse ascendētis
 et significatiores corporis et humorum et spi-
 rituum obserauerit: similiter et planetas: qui
 morbi causa extiterunt et proficiet: si studio-
 sus fuerit hec inuenire et maximū egro iuba-
 mentum prestabit: multa mala sibi contin-
 gentia precauendo.

Capitulum octauum. De modo equandi do-
 mos hora principij egritudinis que doctri-
 na est generalis pro omni equatione do-
 morum in Astrologia professione.




Am autem equatio figure hora
 principij egritudinis sit necessaria
 ad hoc ut per ipsam essentia mor-
 borum cognoscatur: et dies creti-
 ci omnes: omnes etiam passiones
 egritudinum vita et mors: vtile fore existi-
 mauit: ut methodus breuem et facilem poneret:
 quomodo figure omnes omni in hora diri-
 gende sint: in quibus solo tacuino communi
 opus erit: et hac doctrina nostra generali et par-
 ticulari. Et sit autem Socrates qui sebreire
 cepit anno domini currente. M. D. xxvij.
 die mercurij nono octobris: hora. xxj. minuto

De pronosticis Egritudinum

xliij. Primum ergo quero in tacuino locum solis in illa die: quem inueni in gradu vigesimo quinto libere: cum quo gradu & signo quero arcum semidiurnum in tabula quantitatis dierum sub elevatione poli tue regionis: puta iadre cuius eleuatio sunt gradus. xlv. & in angulo comuni inuenio arcus seminocturnus: bore sex minuta. xxxvij. est autem hic arcus seminocturnus: quia signa meridionalia sunt ad extra posita: sed quando intras eius signa septentrionalia: quae ad intra aream tabule sunt posita: tunc est arcus semidiurnus: cui arcui semidiurno semper additur bore date. scilicet principij egritudinis & proueniunt bore post meridiem: subtractis horis. xxiiij. si talis acutus excederet horas. xxiiij. Sed istum arcum seminocturnum semper primo oportet duplicare & puenit totus arcus nocturnus. scilicet bore. xij. minuta. xvj. quas subtrahas ab horis. xxiiij. & remanet arcus diurnus: bore. x. minuta. xliij. quem diuido per medium: & erit semidiurnus bore. v. minuta. xxij. quibus adde horas datas. scilicet. xx. & minuta. xliij. & proueniunt bore xxvij. minuta. v. subtractis autem horis. xxiiij. restat bore post meridiem. iij. minuta. v. quas horas serua. Et item cum gradu Solis & signo intra tabulam domorum ad latitudinem datam tue regionis puta. xlv. & in latere sub titulo tempus a meridie quere simile signum & gradum Solis & in prima linea inuenies horas. xij. minuta. xliij. Quae bore solis tempus a meridie dicuntur: quibus adde horas post meridiem supra seruatas. scilicet. horas tres minuta quinq; & proueniunt bore. xvj. minuta. xxxvij. Cum quibus horis quere horas & minuta ad equalem numerum: quas inuenies in dictis

tabulis in prima linea sub titulo tempus a meridie: & indirecto versus partem dextram: inuenies gradus & minuta sex domorum. scilicet. x. xj. xij. prime secunde & tertie: prout in linea transuersali desuper tabule notatum est: & in eadem linea desuper inuenies signa: que ascendant in dictis sex domibus: & alij sex domibus residuis dabis signa opposita cum gradibus oppositis iam inuentis: ut in figura patet: in qua planete reperti in tacuino collocantur: iuxta tales horas post meridiem: addendo de motu unicuique quantum mouetur quisque in horis: quot fuerunt bore post meridiem non curando de multa precisione. Pars etiam fortune similiter collocanda est que sic inuenitur: primo obserua si principium infirmitatis fuerit de die: tunc sol erit supra terram: & sic vide per quot gradus distat luna ab ipso sole secundum successiones signorum: & tot gradus projice ab ascendente & ubi terminauerint illi gradus: ibi erit pars fortune. Si vero fuerit principium infirmitatis de nocte: quere distantiam opposito modo. scilicet. per quot gradus distat Sol ab ipsa luna & tot gradus projice ab ascendente: & ubi terminauerit ille numerus graduum ibi erit locus partis fortune. Exempli gratia pro minus exercitatis in astronomia in figura iam equata Sol inuentus est in domo nona & sic a sole in lunam sunt connumerandi omnes gradus secundum successionem signorum & sunt gradus. clxxvij. Quos projice ab ascendente qui est in. xxij. gradu aquarii qui gradus. clxxvij. terminantur in. xx. gradu leonis: ergo ibi erit & locus partis fortune: ut patet in figura.



**Figura Constellationis Principij infirmitatis Anno Domini corrente
M. D. xxvij. die mercury nono octobris hora. xxi. minuto. xlv.
post meridiem vero hora. iij. minuto. v. Elevatio poli
Jedre gradus quadragintaquinque.**

Aspectus prime domus ad planetas.
Prime ad partem fortune oppositus.
Prime ad Lunam sextilis.
Prime ad Saturnum sextilis.
Prime ad Caput sextilis.


Lune ad Saturnum conjunctus.
Lune ad Solem oppositus.
Lune ad Mercurium oppositus.
Lune ad Martem quadratus.
Lune ad Jovem quadratus.

Dominus prime est Saturnus.
Saturni ad Lunam conjunctus.
Saturni ad Solem oppositus.
Saturni ad Mercurium oppositus.
Saturni ad Martem quadratus.
Saturni ad Jovem quadratus.

Solis ad Mercurium conjunctus.
Solis ad Lunam oppositus.
Solis ad Saturnum oppositus.
Solis ad Jovem quadratus.
Solis ad Martem quadratus.

**Ceteri aspectus principalium significatorum omnium infirmitatis sunt ascen-
dens et dominus eius: Sol et Luna qui solent ad extra annotari: vt
combinatio significatorum facile cognoscatur.**

De pronosticis Egritudinum



Capitulum nonum. De aspectibus curfus lune in tota reuolutione mensis medicinalis: et eiusdem curfus lune vacuis.

Pincipium huius figure erit ille gradus semper in quo luna reperita fuerit hora principij egritudinis. Ad quos gradus sunt loca celi terminata per gradus terminatos et per distancias terminatas: ad hoc vt fiat verus aspectus lune ad dictum gradum et principium figure egritudinis: extra autem illa loca iam non erit aspectus lune: sed vacua cursu dicet: vt probatum fuit supra capitulo tertio propositione septima de pronosticis egritudinum. Sed quia luna hora decubitus fuit in gradu xxij. arietis. Ideo et principium huius figure ponemus in gradu. xxij. arietis: a quo situ et constellatione lune cum planetis in figura collocatis summitur fere totum iudicium egritudinis et omnium accidentium salutis

vel morbi egritudinis. Quando autem luna suo motu proprio puenit ad gradum. xxij. geminorum erit in primo sextili aspectu: qui media amicitia dicitur: in quo aspectu distabit a tali principio per gradus sexaginta: quos luna percurrit in diebus fere quinque currentibus: quandoque tamen velocius quandoque tardius: vt dictus fuit in capitulo tertio propositione quinta de pronosticis egritudinum. Secundus vero aspectus quadratus distans a primo gradu per partes. xc. quos percurrit luna completis et in diebus septem octo currentibus: in quo aspectu quadrato est media inimicitia: quia Solis et Lune virtutes pugnant adinuicem et quattuor elementa commouentur et alterantur: et elementata omnia: mare etiam neque fluit neque refluit: quia luna intendit: vt mare fluat et sol vt refuat: sed motoribus oppositis equaliter potentibus mobile quiescet: de quibus post in de fluxu maris agemus. Ideo morbi peracuti in septima so-

lent in

lent in malum creticare: quando enim virtutes celestes patiuntur: virtutes humanas non subleuant: immo per subtractionem presidij magis grauat et morbus inualescit: ideo creticat in malum.

Tertius aspectus erit trinus: qui perfecta amicitia dicitur distans a primo loco per gradus. cxx. Qui semper de sui natura virtutes subleuat: a quo loco vel aspectu vsq; ad gradum oppositum semper luna vacua cursu erit: ideo non fit iudicium per cursum lune in tali situ.

Quartus aspectus est oppositus pfecte. s. inimicitie distans a primo gradu per gradus cxxx. in quo morbi acuti maxime solent terminari in malum: quo aspectu vsq; ad secundum trinu: qui distat a principio decubitus per gradus. cxi. semper luna vacua cursu est: quo ad aspectum principij decubitus: ideo neq; fit iudicium de morbo per cursum lune: vt modo dictum fuit de cursu lune inter trinum aspectum et oppositum. De quibus. s. posteriori trino aspectu et quadrato et sextili similiter idem iudicandum erit: vt dictum fuit de primo sextili quadrato et trino ante oppositionem.

Ultimus situs vel aspectus lune erit redditus eius ad eundem gradum: vnde discesserat hora decubitus: q; redditus erit in diebus sere. xxix. de quibus aspectibus et cursibus lune vacuis ponendi sunt canones et iudicia applicanda ad dies creticos salutem et mortem egri significantes. **Utilitas** autem huius figure aspectuum et facilitas iudicandi per ipsam erit: qn apte fuerit applicata ad menses medicinalem nostrum: qui distributus est in dies xxix. in quibus luna percurrit totum zodiacum incipiendo ab illo gradu in quo reperto est hora sensibilis lesionis: et redendo in eundem gradum die. xxix. In quo quidem mense apparent omnes periodi febrium tertiane et quartane: et dies cretici omnes: maxime in septima et decima quarta completis diebus: qui maxime obseruandi sunt. In quibus diebus febres acute et perperacute solent terminari: in quibus etiam cretici dies exquiruntur: et sunt pronostica veriora medicorum recte collegantium. Neq; mirus est si medici dies creticos hac serie cognoscere negligentes in varios incidunt errores: et in suis falluntur pronosticiis egrotantium. Neq; accidunt infirmis accidentia: que putant eis contingere.

Congrua distributio dierum adensis medicinalis.

9	Mercurij	1
10	Jouis	2
11	Veneris	3
12	Sabbati	4
13	Dominice	5
14	Lune	6
15	Martis	7
16	Mercurij	8
17	Jouis	9
18	Veneris	10
19	Sabbati	11
20	Dominice	12
21	Lune	13
22	Martis	14
23	Mercurij	15
24	Jouis	16
25	Veneris	17
26	Sabbati	18
27	Dominice	19
28	Lune	20
29	Martis	21
30	Mercurij	22
31	Jouis	23
1	Veneris	24
2	Sabbati	25
3	Dominice	26
4	Lune	27
5	Martis	28
6	Mercurij	29

Dies mense octobris a die 4 Secretus decubitus.

Dies hebdomade currentes a die principij egrotantis.

Periodicationes quartane.

Periodicationes tertiane.

Quartus dierum ab hora decubitus.

De pronosticis Egritudinum

Capitulum decimum. Exemplum figure mensis medicinalis et verificatio eius in casu Socratis febrientis.



Socrates enim febrem incepit die mercurij nona octobris: hora xxi. minuto. xliij. et fuit primus paroxysmus in prima die: in qua Luna impeta fuit in gradu. xxij. arietis.

Die autem veneris. xi. octobris fuit secundus paroxysmus et luna fuit vacua cursu: quia adhuc non erat in distantia per. lx. gradus a gradu in quo fuit in principio sensibilis lesionis: ideo per cursum lune vacuum non fit iudicium aliud quod de morbo vel de paroxysmo: ut probatum fuit supra capitulo tertio propositione septima in de pronosticis egritudinum.

Deinde die solis vel dominico. xiiij. octobris quod fuit dies quinta currens ab hora decubitus: fuit tertius paroxysmus: et luna in sextili aspectu: quia in geminis gradu. xxij. distans a gradu hora decubitus per partes. lx. q. sextilis aspectus est bonus per se: quia medie amicitie nisi per accidens luna tunc fuerit male affecta a stellis inconstantibus. Huius dies quinta apud medicos et Hippocratem indicatus septime solet appellari. Huius quinta dies currens et quarta completata: tunc erit indicativa septime apud medicos: quando. scilicet. est nota: que non est prius nota apud medicos: quod dies quinta actu venerit. Sed apud doctrinam nostram una dies non est indicativa alterius: quia omnes dies simul et equaliter cognoscuntur inspectis figuris et constellationibus: ut paulo post clare apparebit. Die autem martis septima ab egritudine. xv. octobris fuit quartus paroxysmus: in na vero in cancri gradu. xxij. in quadrato aspectu ad gradum hora decubitus. Qui quod lune aspectus est malus per naturam. In qua die et aspectu malo si fuisset luna cum Marte vel Saturno vel domino mortis male affecta et egritudo peracuta: crisis fuisset ad mortem. Si vero fuerit cum bonis illi minuent de malo fiti lune quadrato: et iudicium erit in effe lune tum planetis die. xv. currente.

Die iouis. xvij. octobris et. ix. ab egritudine luna in leonis gradu. xxij. et in trino aspectu: quo aspectu amico virtus solet sublevari: neque medicus in hoc confidat: si in decima quarta luna ventura sit ad inimicos radios maleficorum planetarum. In alijs autem diebus. scilicet. xi. et. xiiij. luna est semper vacua cursu usque ad xv. Ideo omne iudicium (quo ad eundem cursum) suspendere debet medicus. Vacua enim cursu iterum erit. Ex quo notandum est quod in toto mense medicinali lune sunt status non observandi (ut in figura aspectuum patet) in die. scilicet. prima: quinta: septima: nona: decima:

magna: vigesima prima: vigesima tertia: vigesima quarta: vigesima sexta et vigesima nona. In die autem veneris. xliij. octobris et. xv. ab egritudine luna est in libra gradu. xxij. distans a gradu hora decubitus per gradus. c. lxx. que distantia est aspectus oppositus maxime inimicitie: et est maxime virtutem gravans et detrimentum ipsi inferens: cum quo lune malo statu si luna applicaverit malis pro gravitate et potentia malorum erit iudicium in mortem. Ad. xv. infra diem et aspectum lune oppositum: malitia febrium acutarum solet inferri: quod in peracutis et magis adhuc in perperacutis solet abbreviari: transacta autem oppositione a sui forma intrinseca febrium acutas solet remittuntur: sequatur error medicus vel egritudo aliquid aliud gravans virtutem vel ipsa debilitas virtutis. In reliquis autem aspectibus atque cursu lune si eger transferit decimam quintam iudicandum erit sicut et modo dictum est per bonos aspectus cum bonis iudicium est in bonum: et sic per oppositum oppositum modo. Et si quod fuerit occupatus in alijs que viam naturalem non sequuntur: a veritate declinabit: sicut illi qui portant solem et alios planetas esse observandos in qualibet egritudine cronica: ad motum quorum sunt dies criticis: que omnia falsa sunt: preter decem que diximus.

Capitulum undecimum. De regulis vniuersalibus: ut scilicet que constellationes planetarum causant mortem.



His autem figuris sic dispositis ponendi sunt canones generales et particulares: que. scilicet. constellationes sunt ille: que cum fortitudine causant mortem: in quibus pronosticis non contingit dubitare.

Primum. Cause celestes cum fuerint plures et conueniant ad unum effectum producendum non impeditur ab alijs causis contrarijs operantibus quanto fuerint fortiores: tanto et iudicium erit facilius et magis verum. Quando autem eodem cause. scilicet. stelle fuerint diuise et pugnantes et non conuenientes ad unum effectum producendum iudicium erit difficile.

Quando vero stelle: que supra corpus significant et humores: puta ascendens et dominans eius cum luna fuerint vacui cursu sine aspectu aliquorum bonorum vel malorum: certe modica significatio erit supra effectum vel morbum: et iudicium difficile. Obiectum enim debilius mouens potentiam: debilius intellectus intelligit: et forte intelligibile perficiet intellectum. Et hoc verum est in tota arte astronomica iudiciali: ut in natiuitatibus

ab^o reuolutionibus: mutatione aeris anno-
na et epidemia vniuersali: sic etiam in omni
particulari egritudine: de qua dies critici
exacte inquirendi sunt.

CSecundus. Omnis longitudo vite et bre-
uitas eiusdem accipitur et scitur in natiuitate
per cognitionem hylec et alcocoden. i. per
datorum ipsius longitudinis vite: de quibus in
parte quarta capitulo quarto et Ptolomeus secundus
quodripartiti: late et resolute. Tunc si alco-
codem vel dator vite fuerit fortis promittens
vite longitudines: certe neque modicus abscis-
sor neque vnus abscondet vitam. Similiter bre-
ues vitam in natiuitate inuenta ex alcocodem
modicus certe abscisor in reuolutione vel in
ipsa particulari egritudine repertus per di-
rectionem abscondet. **C**Ex quibus patet so-
lutio: quando. scilicet. duo infirmantur in eodem
tempore: quia vnus moritur: alter vero non.
Ille certe cito morietur: cuius alcocoden fue-
rit breuis: alter autem viuet cuius alcocoden for-
tis et potens fuerit supra longitudinem vite. Si-
militer dicendum est in omni epidemia vel pe-
ste quod vnus non infirmatur: cuius hylec. i. si-
gnificator non participat cum planetis epi-
demicam significatibus: et alter morietur na-
tiuitati cuius idem planete dominabuntur.
CExpediit ergo inspicere utranque figuram na-
tiuitatis. scilicet. et horum egritudinis. Constellatio-
nes autem magne causantes morbum horum
decubitus cum quibus vita stare non potest
unt horoscopus et dominus eius damnati in
domo mortis cum domino eius infortunato
a Saturno vel Marte: et vel quando gradus
eclipsis Solis vel coniunctionis magne ce-
ciderint supra horoscopus vel dominum
eius: vel si directio abscisoris in illo tempore
peruenit ad hylec. i. significatorem vite.
Quanto autem pauciores significationes fue-
rint supra mortem: tanto plus sperabitur de
vita egrorum. Ascendens et eius dominus super
corpus et humorem egrorum significat. Luna ve-
ro est generalis significator cum sole supra idem
corpus: quibus Sol et Luna poterunt quan-
doque non significare supra corpus egrorum: qua-
do. scilicet. in radice testimonium non habuerint su-
pra corpus egrorum. Domini autem horum loco-
rum supra accidentis anime dominum sibi
vendicantur. **C**Cum autem ascendens Sol
et Luna damnati fuerint: egritudo erit in to-
to corpore: et si cum hoc in malo statu domini
horum trium locorum fuerint male affecti:
egritudo erit non solum in toto corpore: ve-
rum etiam in spiritibus cum alienatione men-
tis. **C**Quando autem domini istorum trium fue-
rint fortes et bene affecti: egritudo erit in hu-
moribus cum mente sana et expedita. Si vero
opposito modo etigerit iudicium erit per oppo-

situm. Malitia etiam stellarum fixarum ad-
dit supra significationes morbi: quando ipse
in cuspidibus inuenta fuerint: et de natura
Martis vel Saturni. Magnos enim effe-
ctus et supra modum producere solent. De
natura quarum stellarum aliqua post dice-
mus. **C**Cum autem isti significantes cor-
poris vel spiritus partium fuerint bene et fel-
citer collocati: et partim male affecti fuerint:
pro diuersitate certe signorum in quibus pla-
nete fuerint: et cum quibus stellis aspectum
habuerint: semper egritudo variabitur. Si
enim morbi significator fuerit cum Jove vel
Venere in die critica: egritudo in bonum ter-
minabit effectum. Virtus enim a bonis suble-
uabitur: et potens fiet superare morbum. Si
vero Mars fuerit morbi causa et in aliquo si-
gno vel triplicitate ignea: febris erit acuta ex
materia cholericis. Qui si in die critica supra
terram fuerit cum bonis: virtus criticabit per
superiora in bonum: ut per vomitum vel per
fluxum sanguinis narium vel per sudorem:
et forte insensibiliter materiam peccantem re-
soluet. **C**Si vero idem Mars sub terra exti-
terit: criticabit per inferiora: ut per secessum
vel fluxum humoroidarum: vel sanguinem
menstruam vel vrinam. Et quod dictum est
de Marte existente supra terras vel sub ter-
ram idem iudicium erit et de alijs planetis: qua-
do significantes morbi extiterint. **C**Qui autem
Saturnus fuerit morbi causa et in triplicitate
aquea. scilicet. cancro scorpione et piscibus. Mor-
bus erit ex materia frigida et humida: maxi-
me si planeta humidus testimonium prebue-
rit (ut Venus vel luna) materia morbi erit
multa vel grossa vel viscosa: cum accidenti-
bus et paroxysmis longis et cum frigiditate hor-
ripilatione vel tremore. Et si fuerit in signis fi-
xis in Tauro: Leone: Scorpione: vel Aqua-
rio: causabit febrem longam subintrantem:
vel raro a febre mundum: vel quartanam.
Si vero in signis mobilibus fuerit: ut in Be-
riete: Cancro: Libra: vel Capricorno: faciet
pituitam nasi: vel descensum catarrhi a capite
ad stomachum: ubi putrefiet: et stomachi do-
lorem causabit et nauseam. Et si ratu ille flu-
xus per nucam habuerit dolores causabit in
membris et iuncturis. Saturnus etiam vltra
febres existens in diuersis signis solet cau-
sare morbos inseparabiles: quando morbi
fuerint causa. In signis autem fixis facit lepra:
podagram: vel sciaticas: et dragras: in signis
autem mobilibus facit fluere humores per totum
corpus: puta hydropem: debilitando virtu-
tem digestiuam ipsius: resolvendo calidum
ei: nam vitale nimia eius frigiditate: quod si Mars
ibi testimonium prebuerit: et in signo mobili
fluere faciet catarrham saluum a capite ad pe-

De pronosticis Egritudinum

ctus q vicerado substantiā pulmonis ⁊ p̄bi-
sim causabit. Si vero extiterit in signis cō-
munibus. s. in Bemio: Airgine: Sagitta-
rio vel Piscibus: egritudo non erit vna sed
plures: ⁊ recidiam patietur: in qua si Satur-
nus cum bonis fuerit in illa recidua sanabi-
tur: si vero cū malis: in illa moriet. Si vero
Mars febris causa extiterit: ⁊ in Leone fue-
rit: ebullitionem humorum ⁊ causonidem p̄-
ducat: minera cui⁹ erit in venis magnis p̄pe-
cor. Si vero in signis mobilibus vt in Ariete
Lacro: Libra: v̄ Capricorno febris erit acu-
ta ⁊ cito terminat vt in plurib⁹ in malū. Si
vero in signis cōibus: egritudines erunt plu-
res ⁊ acute cū recidua: cuius accidētis erūt
repētini motus: ⁊ crises veloces in bonū vel
in malū p̄ natura alioꝝ significatoꝝ. Signa
etiā longax ascensum: vt Sagittarius: Be-
mini: Cancer: ⁊ Capricornus adiunant ad
longitudinem morboꝝ ⁊ in toto corpore.
Brevium autem ascensionum: dūmitionē
morboꝝ: vel amissionē alicuius membri
causant cito terminantem. Si vero equa-
lium ascensionum fuerint: vt Taurus: Scor-
pio: Aquarius: ⁊ Leo morbos causabunt cō-
les in malitia ⁊ longitudine. Si autē Mars
fuerit morbi significatoꝝ: breues morbos sed
acutos significat: sed si Saturnus lōgas egri-
tudines: si vero cum bonis fuerint minuetur
de malo: ⁊ si cum malis augebitur de malo.

Capitulum duodecimum. De modo inue-
niendi essentiam morbi per figuram boꝝ
p̄ncipiū egritudinis.

Escendentibus nobis ab v̄nuer-
salibus expedit ⁊ ad particularia
deuenire ⁊ ad actum practicū
canones v̄niuersales platos ex-
plicat: maxime in figura sic eq̄-
ta. Cuius horoscopus ⁊ dominus eius p̄mo
p̄siderāndus est: si fuerit bene vel male affect⁹
p̄mo obseruandus est. Quem inneni in A-
quarij gradu. xxi. ⁊ Saturnum dominum
eius retrogradum in Ariete cadentem in ter-
tia domo in suo detrimento: quia in casu sue
exaltationis: Solē etiā in ip̄m fulminantē ex
domo mortis existentem cum Mercurio re-
trogrado: qui quidem status horoscopi ⁊ sa-
turni mali significant Socratem a forti cau-
sa decubuisse. Dominus etiā ascendens ⁊
luna qui supra corpus dominum habent in
Arietis signo existentes: Sol etiā ⁊ Mercuri⁹
morbi causa existentes inuenti sunt in Libra
signo etiā mobili. Que signa mobilia hu-
mores de sui natura in motu semper ponere
confluuerunt ⁊ in ebullitiones. Qui corrupti
febrim causant malignam.

Capitulum. xij. De modo cognoscendi per
stellas q humores peccāt in aliqua febre.



Cognita causa efficiēti ebullitiōis
humorum querenda est causa. s.
qui humores a qbus stellis coꝝ-
rumpuntur: Saturnus dominus
ascendentis ⁊ luna qui supra hu-
mores domini sunt in Ariete signo mobili ⁊
igneo. Sol etiā cum Mercurio combusto
morbu Socratis causantes cū radys Mar-
tis ex quadrato influentis ⁊ supra febrim si-
gnificationem addentis. Hec quidem con-
stellatio febrim ex materia cholericā a p̄-
dominio significarunt. Luna vero que humi-
da est ⁊ nocturna ad Saturnum fluens: qui
frigidus est: corruerunt flegmatis partes
subtiles: quibus admixta materia multa cho-
lerica iam a Sole ⁊ Marte corrupta fecerūt
materiam falsam ⁊ febrim causonidem: que
maligna semper esse solet: attento etiā tem-
pore anni: quia in fine estatis: quando tales
febres solent causari.

Capitulum. xijij. De cognoscendis mineris
febrim putredinarum.



Cognoscere mineras febrim pu-
tridarum certe in collegijs om-
nibus ⁊ etiā in actu pratico
maxime vtilitatis ⁊ necessitatis
est: immo videtur esse impossibi-
le cognoscere posse essentiā egritudinis igno-
rata minera febrim. Quax essentia ignorata:
quomodo quis poterit bene actiua passiuū
recte applicare: certe non ideo infiniti fere
moriuntur errore medicorum mineras non
considerantium. Neq; certe video in aliqua
parte Italie medicos esse sollicitos p̄ in-
quisitione harum mineralium morboꝝ ⁊
febrim: minere enim diuersē: stante etiā
eadem materia peccante: producant acciden-
tia horribilia ⁊ etiā producit remissa: mortē
⁊ salutem singula singulis referendo: vt iam
supra dixim⁹. Neq; video aliquos p̄iscoꝝ
patrum ⁊ minus recentiorum possuisse ser-
monem sufficientem in eisdem mineris per-
quirendis: ad varietatem quarum febrim
accidentia etiā necessario variatur. Sol
autem cū in hac febre Socratis causa mor-
bi extiterit cum Martis si dere. Qui Sol su-
pra corpus significat. Mars vero supra ip̄m
ep̄. Dico q; minera huius febris fuit p̄n-
cipaliter in corde ⁊ eius venis: communi-
ta tamē ipsi ep̄ati ⁊ alijs eius venis: magnis
attento etiā quia in regione ep̄atis reper-
ta fuit satis notabilis tensio ⁊ oppilatio.
Capitulando ergo presentem egritudinem
erit

erit febris confon ex materia falsa continua
 proportionalis de tertio in tertium magis
 affligēs. Cognita autē essentia egritudinis
 et ipsa capitulata: certe hęc pronostica erūt faci-
 lia (inspectis causis obus) q̄ casz multe et for-
 tes extiterint supra moentem significarunt.
 Admare etiaz prima die pronosticauimus egrū
 moriturum. Consideratis etiam alijs accidē-
 tibus: q̄ a posteriori a medicis tradita sunt su-
 per idem arguebant: virtus enim subito ce-
 siderat: neq; cum morbo pugnare ausa fuit
 propter materie venenositates: Eger et astā-
 tes perterriti et medici de salute egrī besitan-
 tes: vniuersalia exhibuerunt magis blādicen-
 do ipsi materie q̄ ipsas irritando. Sed quia
 est locus pronostica explicare: ideo regimen
 curatiuom pretermittendum esse: puto pro-
 nostica prosequendo in alijs bonis vniuersa-
 libus post cognitiones principij egritudinis.
 In die tertia ab egritudine fuit secundus
 paroxysmus. Luna tamen in illa non potest
 esse in aliquo aspectu ad gradum hora decu-
 bitus: ideo non fit aliquod iudicium per lunę
 cursum dum vacua et sine aspectu est (vt su-
 pra notauimus in mense medicinali) a quo
 doctrina non est recedendum: vniuersalia nō
 est ad omnes febres maxime ad acutasque
 intentionem et remissionem recipiunt pro di-
 versitate planetari. Sed status lune queren-
 dus est in primo sextili: qui erit die quinta cur-
 rente: quā ueniē in geminorū gradu vigesi-
 mo tertio fluentem a causa diacoma ad se-
 xtilem Saturni male affecti: similiter et ad
 trinum Solis et Mercurij: qui qdē aspectus
 quibus sunt amici p naturā: tamen malitia Sa-
 turni retrogradi et solis male affecti in domo
 moris contra: operati sunt cum fortitudine
 contra hos amicos aspectus: ideo hic sextilis
 lune modicum virtutis egrī subleuant.
 Tertius status lune contēplāndus est in die
 septima: quando .i. peruenit ad aspectum
 quadratum loci decubitus: quaz inueni con-
 iunctam Jouis et in oppositione Martis: et in
 quadrato aspectu Saturni. Hęc mala con-
 stellatio idem confirmabat: quod et principij
 egritudinis significauerat: et nisi Juppiter
 opem prestasset et virtutem subleuasset: fuis-
 set crisis eodem die in malum: quibus satis in-
 tensa et mala accidentia apparuissent.
 Die aut Jouis nona et in trino aspectu ad lo-
 cū decubitus luna peruenit ad leonis gradū
 xxij. et ad trinum veneris et sextilem Mer-
 curij eger remissus se habuit propter hos
 amicos aspectus partim: et partim per easque
 exhibita fuere euacuando digerendo confon-
 tando cum bono regimine in sex rebus non
 naturalibus. Neq; Medici confident in su-

mi subleuatione: quando viderint q̄ in de-
 cima quinta planete supra moentem significan-
 tes fuerint apodeati et fontes et boni planete
 male affecti. In alijs vero diebus. xj. .i. .xij.
 quando luna sit vacua cursu: per quō non fit
 iudicium in tali esse: dicat p̄tolomēus quic-
 quid velit in .lx. verbo centiloquij. .i. q̄ status
 lune obseruandus est in singulis angulis si-
 gure sexdecim laterum. In die Mercurij
 xv. ab egritudine luna peruenit ad libe grā-
 dum. xxij. et in aspectum oppositum sui prin-
 cipi: qui aspectus cum sit malus et maxime
 solet gravare virtutem: quam simulando so-
 licitat ad crūm et ad pugnam eo magis: q̄
 peruenit ad coitum Mercurij et quadratura
 Martis et oppositionē Saturni: q̄ qdē Mer-
 curius cum sole fuerunt causa morbi cum q̄
 drato aspectu Martis: tanta enim potentia
 istorum fuit ad causandam mortem huius
 egrī: q̄ neq; sextilis aspectus Venēris: neq;
 Jouis quadratus contulerunt: et minus ex-
 hibita. Sed eger hora. xj. noctis sequentis
 Luna descendente et Martē resurgente vitam
 cum morte comutauit. Hęc p̄fecto ola etiā
 prima die cognita et pronosticata fuere. Ex
 cognitione .i. causarum efficientis: que sunt
 stelle et forme celestes inspecta figura sic eq̄-
 va: vt supra ostensum est. Ex qua cognitio-
 ne patet: q̄ tota latitudo facultatis medicine
 sine hac arte priuata et imperfecta est. Marti-
 me iphus Auicēne: qui declinavit ab hac sciē-
 tia excusando se q̄ ad alium artifices spectat
 de futuro. .i. diebus creticos per stellas iu-
 dicare: sed ad accidentia et ad ea que per cri-
 ses apparent se conuertere voluit: vt in cap-
 itulo secundo secunda quarti. Cui non aliter
 conigit (puto) q̄ ipsi Socrati contigisse di-
 citur: qui videns non posse puenire ad gra-
 dum perfectū scientiaz speculatiuaz voluit
 in via populū deambulare: inq̄ Arist. et ad mo-
 res hominū se puertere. Sic et Auicēna oēm
 perfectionem et virtutem a celis effluentem
 et emanantem neglexit: forte quia tēpore suo
 astronomia nō vigeat: ideo ad ipsa acciden-
 tia declinare voluit: in quibus continue erra-
 re contingit ignotis causis adequatis egritudi-
 ninum et ipsorū accidentium. Si ergo da-
 tur scientia cognoscendi essentiam egritudi-
 num etiam in prima die: eadem etiam ratio-
 ne et dies omnes cretici in salutem vel mortē
 cognoscuntur. Nonne igit Auicēne doctri-
 na ita ex parte diminuta et imperfecta existit?
 certe sic. Quomodo ergo verum erit dicere
 (et quod super additum est: incomprehensibi-
 le est): Et quibus illa propositio Auicēne. .i.
 (et quod super additum est: incomprehensibi-
 le est) possit applicari tam ad additionē theq̄

De pronosticis Egritudinum

rici et practici negotij: et etiam ad iudicium extimatiuum: quod putauit esse incomprehensibile: tamen penes vtrunq; sensum ad huc doctrina eius sine hac scientia Astronomica imperfecta est. Per Astronomias enim huic facultati medicine non solum omnes partes medicine tam theoretici negotij et practici perficiuntur: verum etiam ipsum iudicium: quod per ipsos est incomprehensibile: fit tamen per ipsam Astronomiam comprehensibile. scilicet per vltiorem cognitionem et magis intensam: etiam iudicium magis intensum: et vt sic magis intensum illud quod erat incomprehensibile apud ipsos: fiet comprehensibile. scilicet iudicium. Probatum est enim supra quomodo iudicium collegiantium diuersificabatur propter diuersas indispotiones medicorum. Et illud iudicium erit perfectum et magis sensatum et comprehensibile: quod perfectum fuerit primo a natura in vtre materno. Secundo per artem libere actionis nostre includendo scientijs et bonis moribus cum actu exercito vel extensione ipsius intellectus speculatiui ad opus iudicium erit perfectum: quod non erit ex sola doctrina Principio: et minus Galieni vel Hippocratis sine scientia Astronomic: qua omne negotium perficitur et complectitur ipsas. Ex his itaq; patet quato sit medicus emolumento stellarum cognitio: de quibus hactenus tanta nobis dixisse pro communi studiosorum fruge sufficiant: que sane si equo animo scire et experiri tentauerint: non solum maximam egrotantibus opem prestabunt: sed perennem famam et lucrum inde consequentur.

Capitulum xv. Qualis quisq; debet esse: qui medicine facultatem exercere cupit.



Si scit quantum per communis didicit: vel quantum legerit: certe parum scit: sed qui didicit res et per propria principia et propositiones degustauerit: que sequuntur viam naturalem et in vanis non fuerit occupatus cum bono iudicio extimatiuo et lumine intellectus agentis: is certe multa scire poterit: et omne verum occultum manifestabit: et falsum repellet: quia iudex erit recti et obliqui. Que quidem perfectio testatur Ptol. ex se et stellis pronosticis: ex stellis dixit: quia nisi ille iudicium perfectum et bonam fortunam in vtero materno Socrati congenuerint: Socrates certe neq; bonus Medicus neq; ad gradum perfectum exaltabitur. Ex te enim non ab re appositum. Nisi enim tua libera actione sic operatus fueris: vt scientiam physice facultatis

cum bona practica acquisieris: et cum ad opus practicum te extenderis et cum infirmo non infirmaberis tuo in spiritu: omnes curam cum dilectione atq; diligentia prestando: laudabilis medicus non euades. Quod autem dixi de iudicio extimatiuo: non intelligo de ignorantibus de quo Bar. tertio de ingenio sanitatis: neq; de bona fortuna ignota: de qua Arist. in de bona fortuna (si Ari. est.) Qui (vt ignorantes scientiam Astronomicam) volentes diffinire vtrunq; passionem hominis grauius desecerunt et cuius silentio (bono proprio melius consulendo) poterant pertransire. Alter enim dixit quod iudicium non potest lingua exprimi: neq; calamo scribi: de quo negatiuam posuit propositionem. Alter de bona fortuna dixit: quod est quidam celestis impetus: de quo nihil certum neq; demonstratum posteris tradidit cognitionem. Cum tamen vtraq; fortuna certa et demonstrata est ex scientia astronomica. Quid enim est aliud iudicium extimatiuum: nisi bonitas anime non impedita propter organa corporis et eius concupiscentiam sensitiuam: quibus anima iure dominari debet. Quas perfectiones Socrates consequitur: quando Mercurius cum Saturno in genitura bene constituti animam despoluerint. Quid etiam aliud est bona fortuna: nisi quando vnus ex .xij. domibus plane te beniuoli actu existentes in suis exaltationibus sine testimonio maiorum feliciter uerint: ad quas domos etiam alie fortune (in iudicijs astroorum non expresse) reduciuntur. Si enim in prima domo id acciderit: in bonis anime: et corporis bona complexionem qd fortunatus erit. Si in secunda domo talia fuerint: in bonis fortune vel diuitijs exaltabit. Et sic discurrentibus nobis in ceteris domibus quisq; erit fortunatus vel infortunatus. Per quod etiam problema Ari. facile solvere poterit: qui Astronomiam caluerit: dicentis vbi est multum de fortuna sibi est parum de ingenio. Quia si planete boni fuerint in prima domo: vbi fortunant corpus et animam: poterunt non esse boni in secunda: sicut Sol vel Mars cum Saturno: qui omnem substantiam dissipare solent (inuito nato) Sola ergo Astronomia per causas adequatas de his determinate et scientificè dicere potest: et non vniuersali sermone et per accidens. scilicet quod sunt quidam impetus celestes dicentes Socratem in bonam vel malam fortunam. Pari positione determinabitur et scientificè: qui naturarum concupiscentie dominabitur: et sola vi anime bene regulate et non sensibus corporis vtitur in speculabilibus: verum et cuius extensus ad opus fuerit recte iudicabit: quia continentis

tinens cum dictamine recte rationis semper
existet: et opus suum in finem laudabilem re-
ducet: in cuius oppositum plerique incurrunt
sepissime ab Astronomia declinantes.

Capitulum. xvj. De diversitate iudicij me-
dicorum collegiantium: cum unus rei de-
beret esse vna veritas.



Difficultas recte iudicandi comes
est difficultatis recte cognoscē-
di. Qui enim bene nouerit sol-
uere vnum: soluere poterit et ali-
ud. Scientia enim alicuius ar-
tis parum prodest alicui: nisi adsit et recta iu-
diciū. Iudiciū ergo rectum necessario
exigitur in omni theozico atq; pratico nego-
tio: propter enim diuersitatem iudicij. vidi-
mus medicos in collegijs semper disceptan-
tes non solum in ipsa inquisitione essentie egrit-
tudinis: verum etiam in regimine curatiuo
atq; dietatiuo. Vidimus et iuriconsultos in
eadem causa fore semper diuersos: vidimus
etiam in omni arte proprios artistas varios
in varijs sententias et contrarias lapsos: in
contradictorijs autem necesse est alterū esse
falsum: cum tamē vnus rei deberet esse vna
veritas et non multa neq; cōtradictoria. Cū
autem iudiciū presupponat scientiā et sciē-
tia rem ipsam. Ideo Aristoteles volens de
rebus altissimis cognitionem indagare dixit
q̄ de genere abstractoꝝ est difficilis cognitio.
Sicut. n. se habet noctue oculus ad lumen so-
lis: ita et intellectus noster ad ea que sunt ma-
nifestissima in natura: nō tñ tradidit vltorio
rem cognitionem: quare difficultas cognoscē-
di sit atq; iudicandi. In rebus enim diffi-
cilibus semper plus q̄ decebat fuit breuis: eq̄-
uocus vel analogicus. Quid. n. breuis vel
obscurus de ea parte anime: qua homo sapit et
intelligit et de alijs intelligentijs et genere
abstracto poterat dicere? Foute ne a posteris
argueretur: in materijs etiam facilibus plus
debito sese dilatauit. De q̄bus et multis alijs
que maiorem indagines exposulant: ad alia
t̄pa me dicturum seruabo: si deus mihi vitā
prolongauerit: et secunda successerit fortuna.
Per virtutes enī celestes et intelligentias ab-
stractas ab omni materia (vltra illas mouēti-
les orbes) in cognitionem multorum perfe-
ctiozem quisq; peruenire poterit: ad quam
neq; Arist. neq; Auer. deuenire potuerunt.
Sunt tamen qui de mente Arist. dicunt q̄
difficultas cognoscendi est tantum ex parte
intellectus nostri: de quozus numero fuit do-
ctoꝝ subtilis probans q̄ res omnes scibiles
sunt per se: perfecte enim cognoscuntur ab

intellectu perfecto: sed non cognoscuntur
ab intellectu nostro: propter eius debile et
imperfectum modum cognoscendi: et pro-
pter eius dependentiam a sensu in hoc status
quia necesse est intelligentem phantasmata
speculari ex tertio de anima: et ideo magis
sensata magis ab intellectu nro cognouit.
Auer. autē q̄uis fuerit fidus achates Arist.
in eius doctrina: que non transcendit sensa-
ta: neq; tamen omnia: quia in Astronomia
vterq; nudus et expertus fuit: vt cōstat Auer.
xv. meta. In qua tamen omnia pulchra et di-
gna scitu late continentur: vt latius in de felici-
tate dicemus. C Auerroes tamē exponen-
do hanc difficultatem cognoscendi dissentit
ab ipso Scoto equi. voluit q̄ difficultas co-
gnoscendi sit quandoq; ab obiecto: et quan-
doq; a nobis. Sphera enim solis: que de sui
natura visibilia est: non tamen ab oculo no-
stro: vel ipsius nocte per tot gradus inten-
sos visetur: per quot videt oculus aquile: in
so: talis imperfectio erit ex parte nostra. C Ex
parte etiam ipsius obiecti quandoq; contin-
git difficultas cognoscendi et non ex parte no-
stra: vt patet de ipsa materia prima: q̄ nō in-
telligitur a nostro intellectu: quia non mo-
uet sensum propter debile et potentiale esse
ipsi: materie p̄me. C Ecce ergo quomodo di-
scordant isti ab invicem de ipsa difficultate
cognoscendi: et per consequens de ipso iu-
dicio. Neq; tamen ponunt rationē: quare est
iudiciū difficile: de quo Hippocrates vna
tantum posuit propositionem nihil vltius
explicando. s. q̄ iudiciū est difficile: et ex-
perimentum fallax. Aristoteles tamen tertio
ethicoꝝ aliquantulum voluit magis limita-
te dicere de ipso iudicio in rectis actionibus:
et operationibus humanis. s. q̄ recte iudi-
cant: qui habent dictamen recte rationis: q̄
perficitur atq; regulatur per ipsam continen-
tiam. Tunc queso dicat nobis Arist. vnde et
quis erit iudex illius dictaminis recte ratio-
nis: quilibet enim approbat tantus illud q̄
cognoscit: et solum approbat proprium iudi-
cium et proprium dictamen rationis et non
alienum. Quia non ponit differentiam inter
propriū iudiciū et alienum: ergo neq; ve-
re cognoscit. Cognitio enim distinctionis rei
ab alijs re: presupponit earundem cognitionē
s̄m proprias rationes (vt ipse testatur secū-
do de anima) Neq; explicauit difficultatem
questite questionis: quare. s. cōtingit medicis
collegiantibus et de omni egritudine adima-
cem altercantibus diuersimode iudicare de
essentia morboꝝ. Que sint febres: et a qui-
bus humoribus dependent: et vbi sit minera
februm. Sic et iuriconsulti accidit questio

De pronosticis Egritudinum

circa omnes causas. Et similiter omnibus iudicibus contingit: qui in omni iudicatio la buntur in contrarias sententias. Quod sane videtur a ratione alienum esse. Cuius virtus rei naturalis sit una veritas: et unus actus iudicialis: una equitas: vel unus iusticie rigor: et non debet esse diversus. Cuiusmodi ergo maxima est: quare sit tanta iudiciorum diversitas in omni arte et scientia: tam practica quam speculativa. Cuiusmodi ergo nos rationes potiores difficultatem euacuantes assignare quis sit difficillimum: quonia hoc negocium requirit cognitionem omnium scientiarum atque artium: ex quibus quisque solvere potest: omnes difficultates incidentes: quantum se extendit intellectus hominis pro statu isto. Si enim omnes scientie solvantur questiones omnes: non ergo vna solvere poterit omnes. Sicut neque doctrina Aristoteli: que tantus ex sensati procedit in suis inquisitionibus: neque est se resoluens ad vltiorem scientias celestium. scilicet virtutum: imaginum: formarum: atque intelligentiarum: (vltra illas mouentes orbis) in quibus omnia pulchra latent digna scitu: que sane omnia sunt vltra ea que in doctrina Aristoteli continentur. Omnia quidem philosophi simul etiam sumpta modica sunt: non solum respectu scibilium: per se: verum etiam scibilium que actu scita sunt. Qui enim nouerit virtutes celestes et angelos vel intelligentias: certe multa scire poterit: de quibus Aristoteles et eius Auer. simpliciter nudi extiterunt: et omnes qui tantum in eius doctrina confidunt: si enim intelligentias esse negant preter illas mouentes orbis Eudoxi vel Calipi: non ne negat et felicitatem nostram post mortem in patria: certe sic negat etiam scientiam vltiorem: que ex ipsis haberi potest. Dicamus ergo quod scientia nostra ex propria inuentione finita et terminata est et non transcendit ea que per sensum acquiruntur. Qui quidem quia non se profundant usque ad substantiam: ideo substantia omnis ab intellectu nostro proprie non cognoscitur nisi per accidentia et operationes ipsius: accidentia enim magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Cuius quidem substantie cognoscende natura nouerca medium proprium subtraxit nobis: per quod deuenire possemus ad vltimas differentias eius. Concessit tamen differentias transcendentis et genericas accidentia: et operationes: atque passiones vltimasque proximas: sed vix magis remotas: quia forte ipsum rationale non erit propria ratio hominis ipsius distinguens a leone: quia et aliquibus intelligentis competit rationale (vt inquit Por-

pharius) de quibus alias multa possemus dicere. Cuiusmodi ergo modo iudicium et causas eius effectiuas: formales: materiales: et finales: eius ipsius utilitate: vt cognitio eius perfectior habeatur. Iudicium autem est recta animi coniectatio ponentis differentiam finem propriam rei cognitionem: ex quibus iudicium emanat vltimo. Sunt enim ista subordinata. scilicet res ipse: differentie rerum: scientia ipsarum: vltimo et iudicium: quod omnia hec vltimo priora presupponere debet necessario. Iudicium enim presupponit distinctam rei cognitionem: que ex propria obiecti ratione confurgit: propria autem ratio ex intrinsicis et propriis quidditatibus conficitur. Per quod quidem medium et Arist. secundo de anima probat dari sensum comunem: quia est aliqua virtus: que ponit differentiam inter sonum et colorem: que non potest esse visus: cuius non cognoscat sonum: neque auditus: quia non cognoscit colorem: ergo. Cause vero et efficientes iudicij sunt constellationes (vt in premisis diximus) quando enim homo fuerit a forti constellatione Mercurij: Jovis: cum Saturno in sua simplicitate et posse roboratus dominabitur concupiscentie: que (vt famulans et ministrans rationali anime) subiicietur ei et non dominabitur: qui profecto cum fuerit etiam edoctus in scientis speculativis: erit continens et sine obice dirigetur suo lumine a stellis causato in rectum et non in obliquum. Sed quia huius rectitudinis est latitudo sepe infirma tam ex parte diuersarum mixtionum causarum efficientium et formalium: quam etiam merito diuersarum causarum materialium recipientius tales impressiones: ideo propter mixtionem diuersam: et stellarum influxum accidit tanta diuersitas iudicij. Neque vnus erit iudex alterius iudicij: nisi diuersitatem cognouerit inter vtriusque. Laudabit ergo quisque proprium iudicium: sed Viri docti et limpidi intellectus laudabit proprium iudicium eius veritate. Sensati vero et non tam limpidi apparentes laudabit iudicium: non tamen existens. Hec autem diuersitas iudicij ex parte anime: que in rectum ducitur: quia dominatur sensui. Ex parte etiam rei ad extra animam (que est causa materialis) sit iudicium difficile. Actiones enim humane atque operationes nostre in quadam mediocritate existere debet: que extremis mensurantur: que mediocritas non stat in indinabilibus: quate diuersi diuerso iudicio deducuntur ad tale medium. Qui enim magis sensati sunt ad latum equalitatis medij declinant: vt luxuriosi iudicant: quod explere venerem sit bonum: quia est opus nature: casti vero et religiosi magis abstinebunt

abstinebunt: et sunt in ipsa equalitate magis iusta et temperata. Quis ergo erit iudex inter hos duos. scilicet qui continens est vel qui ad Venerem pronus est: Certe ratio et veritas erit iudex inter hos homines disceptantes. Eodem erit dicendum de Medicis in collegio disputantibus: ubi multi lumine intellectus: et multi confusione sensus aguntur. Qui non docti sed magis sensati et non continentes existunt: ideo in errores prolabantur: inter quorum extrema est latitudo multa. Perfecte ergo iudicabit qui habet animam illuminatam: cui concupiscentia non dominatur: sic in utero materno dono dei organizata: in bonis moribus a teneris instituta et educata: Doctam postmodum per artem et experientiam exercitata: ex quibus prouenit verum dictamen recte rationis. Qui ergo plures gradus de his perfectionibus habuerit. Is certe rectus iudicabit: et illius sententia magis obtemperandum erit.

Capitulum. xvij. De potentia et magnitudine stellaz fixaz prime et scde magnitudinis.



Antia stellaz fixaz potentia magnitudo: et distantia a terra: atq; diuturna pductio effectus in re inferioribus: q; pncipiū atq; crementū et declinationem ab ipsis

suscipiunt. Presertim quantum ad rerū initia que talibus stellaz influxibus suscipiētia proportionant: summopere cōsiderant a sapientibus: et ipsum intellectum quantumcunq; perspicacem et in talibus scientiis educatus perficiunt cognoscēdo multitudinē virtutis ipsaz. Ideo vt plenior supradictorū cognitio habeatur de ipsaz dispositione. Presertim quo ad figure pstructionē et maiore iudicy faciendi verificationem habendaz: resolutius (vt potero) de ipsis pertractabo et breuius primo de ipsaz magnitudine differē. Quelibet aut earū prime magnitudinis maior est nonagesies quinquies tota terra: quantumcunq; visu tam parue atq; exigue appareant. Cuiuscunq; enim rei vise conus ipsius est in pupilla oculi: et in re visa est basis eius Anguli autem ipsius conus continue variantur ad variationem ipsius rei accedentis vel recedentis ab oculo. Si enim Angulus conus fuerit obtusus propter rem visam: res magna apparebit ad sensum visus et eadem re successiue remota successiue, anguli magis acuetur: et res visa minor apparebit propter minorem angulum in pupilla oculi terminatum. Exemplum est de digito ante oculum posito: quoniam tunc digitus magnus oculo apparebit: quia plusq; medium celi obumbrabit: qm angulus ipsius conus in oculo terminatus erit obtusus: q; maior est omni acuto. Cum autem digitus remouetur: continue

angulus ex obtuso acuetur: et ex acuto successiue magis atq; magis in acutione pcedēdo: quodammodo in infinitum mathematicus canlabit acur. Intantum quousq; res visa amplius nō videbit: qm talis angulus in tantū acuetur: q non mouebit amplius potentiam oculi. Si enim motus quantumcunq; magnus in distantia centum milliarioz paruus apparebit. Quare ergo stelle fixe non apparent parue: Quam distant ab ipsa terra vltra sexagintaquinq; millia millia milliaria. Quarum concuum orbis est milliarioz vltra. cccc. millia millia milliaria: q tñ spacia in die naturali vigintiquattuor horarū sua velocitate percurrunt: que omnia ratione circini indubitata arte mathematica cōprobantur: precipue cum arte prospectiua. Si derib aut magnis inest magna potentia agēdi: diuturnitas aut motus eoz: que peragūt in. xliij. millib^o annoz vnā complendo reuolutionē motu proprio: est causa q impūnit et figunt virtutē in rebus sublunaribus diuturne permanentie: quādo res ipse nate sunt suscipere actiōes eoz. Sicut sunt fundationes ciuitatū unitia regnoz: sectaz: edificior: diuersaz formaz: atq; virtutū in lapidibus et alijs in visceribus terre existentibus: pusa gemis et mineris. Directiones enim harum stellarum sunt tarde: quia singulis. cxliij. annis et diebus datur gradus vnus equatoris. Ideo contingit rebus multis tarde suscipere mutationes de tali esse a: et nō tale esse: sed alterari potius ptingit. Maxime quando in cuspidibus domoz inuente fuerint in principio alicuius rei pncipiate. Solēt etiaz dare hostibus grandia dona et felicia. Presertim qm stelle beybenie de natura Jouis in cuspidibus repte fuerūt. Quādoq; autē infauste finiunt: quando de natura Saturni vel Martis in eisdē cuspidibus repte fuerint. Quare vt cuiusq; ingenij veritatis capax omni ex parte huius admirabilis pronosticorū doctrine pncipiat. Ideo cū summa solertia labore atq; studio tabulā posui stellaz fixaz quideciz prime magnitudinis: cū canopo stella poli antarctici. In scdo aut ordine posui stellas secūdi ordinis in virtutē et posse. scde magnitudinis: neq; nō lōgitudines et latitudines declinationes: et partes eaz: q. sc. eaz sint septetrianales vel meridionales: et cū qb^o gradib^o mediat celi: et cū qb^o oriunt: et cū qbus occidunt: et cū naturis eaz. Et equata figura celi de qua iam supra canones posui: qsq; posuit collocare stellas in domoz cuspidibus repte: que qdē stelle (vt cōpertū est) nō agūt neq; potētia exercent in effectibus: nisi quādo in cuspidibus domozum reperte fuerint tempore alicuius rei pncipiate sub aliqua earum in angulo existente.

Stelle Fixe Prime magnitudinis Verificate Ad Annum. 1529.

Nomina	Longi- tudo.			Lati- tudo			Declina- tio.	Ascensio Recta.	Ortus			Occasus.			Natura.						
	S	G	M	G	M	G			M	S	G	M	S	G		M					
Vociferas aut laceas.	♌	16	49	31	30	S	22	28	S	♌	29	13	207	17	♌	2	4	♌	17	41	♂ & ♀
Vultur cadens.	♌	37	9	62	0	S	38	37	S	♌	3	49	274	12	♌	1	8	X	5	9	♀
Hircus supra sinistra spatulam.	♌	14	49	22	30	S	44	54	S	♌	11	6	69	47	♌	25	13	♌	20	21	♂ & ♀
Oculus Tauri vel Aldebaram.	♌	2	29	5	10	M	15	55	S	♌	3	14	61	6	♌	10	26	♂	28	33	♂ & ♀
Cor Leonis Rex.	♌	22	19	0	10	S	14	21	S	♌	22	18	144	41	♌	22	0	♌	22	24	♂ & ♀
Cauda Leonis.	♌	14	28	11	50	S	17	10	S	♌	19	11	165	31	♌	8	4	♌	15	23	♂ & ♀
Spica virginis supra palmam sinistram.	♌	16	29	2	0	M	4	33	M	♌	16	24	194	51	♌	17	5	♌	11	13	♂ & ♀
Os Piscis Mendi. vel postremi fusionis.	♌	19	49	23	0	M	36	36	M	♌	28	38	330	52	♂	4	25	♌	1	41	♂ & ♀
Dexter humerus orionis.	♌	21	49	17	0	M	6	16	M	♌	23	15	81	57	♌	10	37	♌	7	26	♂ & ♀
Sinister pes orionis. Rigel.	♌	8	59	31	30	M	9	20	M	♌	13	13	72	25	♌	14	39	♂	17	0	♂ & ♀
Postremu fluminis.	♌	19	59	53	30	M	41	6	M	♂	14	35			♌	1	44	X	15	49	♂
Canis maior Alabor.	♌	7	29	39	10	M	15	47	M	♌	6	49	96	5	♌	10	5	♌	1	9	♂ & ♀
Canis minor.	♌	18	59	16	10	M	6	2	S	♌	16	40	108	8	♌	0	59	♌	28	38	♂ & ♀
Canopus: Polus Antarcticus.	♌	6	59	59	0	M	49	34	M	♌	8	12									♂ & ♀
Pes dexter Centauri.	♌	18	9	41	10	M	48	5	M	♌	5	40									♂ & ♀

S T E L L E S E C V N D E M A G N I T V D I N I S.

Latus australe vrse. minoris.	♌	6	59	72	50	S	76	4	S	♌	14	57									♂ & ♀
Latus septentrionale eiusdem.	♌	15	59	74	50	S	73	28	S	♌	21	30									♂ & ♀
Dorsus vrse maioris.	♌	12	29	48	0	S	62	20	S	♌	10	18									♂
Mirach eiusdem.	♌	11	59	44	30	S	58	45	S	♌	3	23									♂
Coxa sinistra eiusdem.	♌	23	49	46	30	S	55	54	S	♌	20	23									♂
Alioth. i. cauda eius: est prima trium.	♌	1	59	53	30	S	58	9	S	♌	7	20									♂ & ♀
Medium caude.	♌	7	49	55	40	S	57	28	S	♌	15	25									♂ & ♀
Extremitas caude.	♌	19	39	54	0	S	51	44	S	♌	22	54									♂ & ♀
Astera lucida corone	♌	4	29	44	30	S	28	50	S	♌	20	17			♌	11	14	♌	14	32	♂ & ♀
Cauda Galline.	♌	28	59	60	0	S	43	41	S	♌	3	53			♌	10	20	♌	14	25	♂ & ♀
Latus dextrum dessoris caput Algol	♌	24	39	30	0	S	47	40	S	♌	14	0									♂
Caput Algol.	♌	19	29	23	0	S	39	28	S	♌	11	16			♌	29	15	♌	11	40	♂ & ♀
Humerus Alaioth est supra spatula dextra.	♌	22	59	20	0	S	43	14	S	♌	20	59			♌	19	13	♌	8	35	♂ & ♀
Vultur volas aitair est inter duas spatulas.	♌	23	39	29	10	S	7	19	S	♌	18	59			♌	18	54	♌	13	5	♂ & ♀
Cois equi & mulieris catenate. i. capitis ei.	♌	7	39	20	0	S	26	37	S	♌	25	13			♌	2	17	♌	19	30	♂ & ♀
Ala equi.	♌	1	59	12	30	S	12	0	S	X	26	11			X	0	26	♌	6	46	♂ & ♀
Humerus equi.	X	21	59	31	0	S	25	2	S	X	7	42			♌	15	30	♌	5	30	♂ & ♀
Que est inter duas spatulas.	X	16	29	19	40	S	12	40	S	X	7	56			♌	3	47	X	24	21	♂ & ♀

S B

Stelle Fixe Prime magnitudinis Verificate Ad Annum. 1528.

Nomina	Longi- tudo.			Lati- tudo			Declina- tio.		Ascensio Recta.		Ortus			Occafus.			Natura.		
	S	G	M	G	M		G	M	S	G	M	S	G	M	S	G		M	
Capitis Geminorum Antecedentis.	♄	13	9	9	40	S	32	29	S	♄	13	56	♄	1	15	♄	1	12	♂ ♀
Capitis Geminorum. Media in capite leon.	♄	16	29	6	15	S	28	41	S	♄	17	2	♄	9	44	♄	26	7	♂ ♀
Australis in eodem capite Leonis.	♄	21	59	8	30	S	22	18	S	♄	24	46	♄	16	44	♄	13	38	♂ & ♀
Dorsum Leonis.	♄	20	24	4	30	S	18	57	S	♄	21	46	♄	14	46	♄	0	41	♂ & ♀
Extremitas lancis Meridionalis.	♄	3	59	13	40	S	22	52	S	♄	9	22	♄	26	45	♄	11	27	♂ ♀ & ♀
Extremitas eiusdem Septentrionalis.	♄	7	49	0	40	S	14	42	M	♄	7	19	♄	7	54	♄	6	5	♀ & ♀
Cor Scorpionis. Calb alatab.	♄	11	59	8	30	S	7	17	M	♄	14	25	♄	7	15	♄	7	52	♀ & ♀
Canilla sinistra.	♄	2	29	4	0	M	24	35	M	♄	1	24	♄	5	30	♄	24	18	♂ & ♀
Pes eiusdem.	♄	7	29	23	0	M	46	15	M	♄	8	51							♂ & ♀
Humerus Aquarii.	♄	6	49	18	0	M	41	19	M	♄	7	41	♄	23	16	♄	0	52	♂ & ♀
Venter Ceti.	♄	16	19	8	30	M	7	37	M	♄	13	24	♄	29	43	♄	20	7	♂ & ♀
Cauda Ceti.	♄	14	49	20	0	M	12	41	M	♄	22	26	♄	26	5	♄	6	0	♂ & ♀
Humerus Orionis sinister.	♄	9	29	15	20	M	10	25	M	♄	16	50	♄	14	34	♄	3	2	♂ & ♀
Prima in cingulo Orionis.	♄	10	9	17	30	M	4	40	M	♄	12	19	♄	9	55	♄	19	54	♂ & ♀
Secunda in cingulo.	♄	15	9	24	10	M	1	23	M	♄	17	24	♄	11	14	♄	26	35	♂ & ♀
Tertia eiusdem in cingulo.	♄	17	9	24	50	M	1	53	M	♄	19	2	♄	13	42	♄	27	37	♂ & ♀
Sequens secundas sub istis.	♄	17	59	25	40	M	2	39	M	♄	19	52	♄	15	0	♄	27	38	♂ & ♀
Antecedens duarum.	♄	18	49	59	40	M	36	27	M	♄	23	22	♄	22	31	♄	26	37	♀
Lucida super transtru nauis.	♄	15	34	57	40	M	35	48	M	♄	21	22	♄	19	55	♄	26	13	♀
Que sub tribus istis.	♄	10	44	58	20	M	38	28	M	♄	24	4	♄	21	17	♄	17	50	♂ & ♀
Super sectione transtru.	♄	4	59	54	30	M	33	48	M	♄	21	42	♄	11	11	♄	15	55	♂ & ♀
Sequens hac sub transtro	♄	7	19	51	15	M	31	4	M	♄	24	12	♄	9	39	♄	29	45	♂ & ♀
Australis sub ista.	♄	20	9	63	50	M	45	9	M	♄	26	34							♂ & ♀
Sequens tertium.	♄	18	19	69	40	M	51	52	M	♄	26	30							♂ & ♀
Lucida duarum con- iunctarum.	♄	16	49	67	28	M	53	59	M	♄	6	30							♂ & ♀
Coxa Centauri Dextra.	♄	19	49	20	30	M	4	31	M	♄	13	21	♄	29	52	♄	15	12	♂ & ♀
Concavitas pedis eius.	♄	22	29	46	10	M	50	0	M	♄	25	23							♂ ♀
Genus pedis sinistri.	♄	29	49	51	10	M	56	55	M	♄	26	53							♂ ♀
Venter Centauri.	♄	13	59	45	20	M	57	46	M	♄	19	13							♂ ♀
Calcaneum Centauri.	♄	6	9	43	0	M	62	24	M	♄	21	46							♀
Mulculus huius pedis.	♄	5	9	51	40	M	70	37	M	♄	11	11							♂ ♀
	♄	0	59	55	20	M	72	12	M	♄	26	51							♂ ♀

De Artificio modo

Capitulum primum. De modo curandi febres.



Ablimis deus creauit hominem et donauit ei spiritum sapientie: ut secreta nature scrutaretur et in usum proprium (que bona sunt) conuerteret. Multa tamen sapientibus abscondit: que paruulis reuelauit: vidimus certe superioribus annis in nostra peregrinatione per orbem diuersas hominum operationes et diuersos modos medicandi: ubi viles vsq; vetule: passim medelas exercentes: sic expedite dolores pleureticos sanare: vt solo exhibito puluere vnius radice: paucis in horis apostema totum solutum fuerit: et febris eradicatorum penitus ubi per doctrinas et canones facultatis medicine communes multi moriuntur: quantumcumq; exhibeantur omnia potiora remedia medicorum: et maxime si vinum perlereticis exhibeatur et post digestionem apostematis (prout Princeps concedere videtur) decima tertia capitulo primo in quo certe est error manifestus. Non enim est morbus hominum contingens: in quo sit adeo vehemens appetitus in frum contrarium: quantum pleuretics in vinum: et quod sit magis perniciosum et letale: nec subundus hydropicum potus aque tam velociter interimit: quantum dolentem pleureticus vini exhibitio: quantumcumq; apostema sit digestum: nouam enim facit collectionem: et recidiuam ad mortem terminabilem. **Ex** quo patet solutio questionis nuperrime occurrentis: quare. scilicet pleura est morbus acutus in septima vel nona (vt in pluribus) terminabilis: ubi nullum aliud apostema pectoris vel vultus illatus pectori: etiam penetras tam cito perimat sicut apostema pleureticum: cuius causa est: quia a prima hora doloris pleure massa humoralis incipit corrumpi et in saniem successiue conuerti: intantum q; in septima vel nona die (nullo medicamine exhibitio) fere tota flobotomia apparebit alba et saniosa: signum est: q; in diuersis facta flobotomia prima die aliqualis apparebit sanies supernatans: in secunda die magis ad huc: nona autem die facta flobotomia (ubi prius non fuerunt facta opportuna remedia) certe apparebit tota massa humoralis saniosa cuius vita stare non potest: et sic moriuntur egri: quod alia appostemata non faciunt: ideo et pleura est acuta. Quare premissis vniuersalibus: vel etiam sola flobotomia (quas empirici premittere nesciunt) exhibitio puluere solo. Certe pleuretics omnes statim sanantur. Quia sanatione sic expedite facta Principis doctrina

na non videtur continere omnia medico necessaria. **S**ed quod dicimus de fluxu dissententerico: qui sua acuta malignitate cholericus solet medicos tantum defatigare: nescientes excoziationi: et intestinorum perforationi medelam congruam prestare: quibus exhibeatur reubarbarum: vel etiam torrefactum: vel potus coaguli leporis cum caseo (ablato sale) quod est vltimum Auicene in corrosione intestinorum. Localia etiam medicorum non operantur: quin singulis annis in fine estatis ferre infiniti pueri et etiam adulti a tali fluxu corripiantur. Ubi sepiissime viles empirici in confusionem Auicenne gloriantis ipsius. scilicet minus q; medico sit necessarius comprehendisse. Omnes enim fluxus dissentericum patientes sanabatur: simplicem enim medicinam per os et per enema exhibet: quod cholera acutatae potenter obtundit et dolores tollit oes: quo fit (vt remota causa) vlcera sanantur oia: et virtus subleuata appetitum et somnum procurat laudabilem et sanitatem: nec medicina talis est opiata sed temperata in actiuis: in secundis qualitatibus ad siccitatem decliuis: etherogenea est certe et pinguis. **V**idimus etiam curas particulares in morbis et accidentibus particularibus: multas a multis vetulis et empiricis exhibitas et laudabiles: quas redegit ad canones et modos operandi scientificos. Sicut saxifragia maiorem: que bircina dicitur: quam nutrices (quibus lac diminuitur) in sinu si postauerint: lac certe in sex horis tam mirabili modo prouocat: quod nutrices plantam deponere cogantur non sustinentes vltimam venarum solutionem: pre multitudine lactis multiplicati: hanc autem empiricorum experientiam proinde laudamus non vt empiricorum more sit procedendum in egroorum curis: verus potius vt facile cognoscatur: quantum (experientia teste) possit fieri aditio medicæ facultati: siue Galeni: siue Hippo. et Auicene.

Capitulum secundum. De cura febris ethice et eius diuisione.



Expedit medico scire sanare omnes morbos: sed maxime ipsas febres: raro enim contingit morbi naturaliter preterq; ex febre. Qui ergo nouerit curare febres plusq; mediocrius medicus erit: difficultas tamen ipsarum cura est: signum est diuersitas tot scribitur in plenitudo liberos intus et extra notatos: nec dux recte completos. Ideo nos tentabimus (deo duce) aliquid in febribus addere: tam materialibus q; immaterialibus. **Et** primo de ethica febre postposita ephimera que

ra: que (sibi prima die curatur) in putridam conuertitur de quibus putridis post agem?
C Et bica aut febris est duplex. pura. s. z no pura: pura que febris essentia dicitur: no pura est duplex: que putride coniungit. Et et bica febris accidens: que in putrida sequitur vlcus pulmonis. Propter enim impedimentum flabelli non debite euentatis caliditate cordis z putridarum materiarum ex pulmone ad cor elenatarum ipsum debilitando z inflammando calore preternaturali fit et bica febris accidens. Febris autem et bica est calor extraneus cordi z membris radicalibus impressus in facto esse impediens omnes virtutes. Cuius qd et bice cu sit coepletio lapsa per calidum z siccum: z omnis cura fit per contrarium. Ideo princeps in prima quarta z comunis scbola medicorum sequitur ipsi: ponentes curam eius fore per frigidum z humidum sicut cum camphora z mucilage psilly z similibus. Hec tati auctoris est error in tali cura manifestus: z lapsus: omniuz sapientum vsqz nunc: et bica. s. per frigidum z humidum recte sanare posse. Ratio erroris ipsorum est: quia non ad causam conseruationis z fixationis febris et bice pmo respexerunt credentes qd sicut et bica non habet causam antecedentem z coniunctam ad sic non habet sui causam conseruantem z fixentem: prout habent putride. s. ipsos humores vel oppilationes. Ideo se conuerterunt ad curandam z remouendam qualitatem impressam per contrarias qualitates. s. per frigida z humida. his forte rationibz moti. Propterea qd causa primitiua non conseruat et bica pulsata sol: qui quauis fuerit quandoqz causa efficiens: tamen quia preterit: ideo no conseruat: illud enim qd non est illud non conseruat. No etiam causa antecedens vel coniuncta: quia esset putrida. Neqz oppilatio ipsas conseruat: quia nulla existente oppilatione est tamen febris et bica. Et minus potest dici qd se ipsam conseruet z figit: ideo per frigida z humida est cura eius. Caliditas certe z siccitas febris et bice non conseruat caliditates z siccitatem febris et bice: nihil enim agit in seipsum: quia actus z potentia que diuidunt omne ens prima sui diuisione: essent idem. Quibus rationibus forte moti no vteriore inquisitionem fecerunt: quid conseruat z figit febrim et bica essentia. Qui ergo non cognoscit causam morbi: neqz morbum recte curabit.

C Secunda causa erroris est: quia Auicenna posuit ibidem tres species intensibilis febris et bice: ideo posuerunt qd et bica (sicut z alie febres putride) habet horas vniuersales principis argumentis statum z declina-

tionem: quod probat. Omne quod intendit z remittitur: illud habet omne tempus: sed et bica febris intenditur z remittitur: ergo et bica febris habet tempora vel horas in prima enim specie est remissa: in secunda est intensior: z in tertia maxime intensa: per Auicenna. ergo. Que species cognoscuntur (dicunt ipse) penes accidentia propria: per pulsus durum z frequentem: z per caliditatem in fine maiorem qd in principio. Que quide rationes peccant per equiuocationem: non enim tempora considerantur penes intensiorem z remissionem caliditatis vel exsiccationis: quod subiectum recipit: vel penes pulsus durum vel frequentem: quia caliditas et bica no intenditur: quia exsiccatis primis vel secundis humiditatibus ipsa caliditas z siccitas per accidens magis sentiatur. Sed quattuor horie vniuersales bene considerantur penes digestionem humorum: qui sunt materia februm materialium. Febris autem et bica (cum sit immaterialis) non recipit digestionem: ergo non habet tempora: quare membra que sunt subiectum febris et bice: non recipiant digestionem. Sed vera regularis z vltima cura erit per digestionem: cause conseruationis et bice. Que est cordis z membrorum debilitas. Debilitas autem membrorum non curatur per frigidum z humidum: ea enim magis debilitant z prosterunt membra debilia: que post longas febres redduntur frigida resolutis spiritibus a calore addito ipsi naturali: per quez factus est pternaturalis. Que sunt camphorata cum psilly z butiro generis: que ponit Auicenna. que non solus no confortant membra debilia z spiritus resolutos instaurant: sed quidez magis prosterunt ergo magis grauando virtutem magis uirumant. **C** Sed potius noster z medicina cum sit siccus confortat cor z membra debilia humidum radicale z spiritus deperditos restaurat: ex quibus virtus facta fortis: cuius fortitudine remouet illas qualitates membrorum z cordi impressas z se ad sanitatem pristina reducit. Per nostras ergo potionem optime ac velocissime curabitur remouendo causas magis qd lapsum complexionis. Sicut si qd flammum oculis nocuum expellere cupit extinguat ignem: fumus certe per se resoluatur insensibiliter.

Capitulum tertium. De cura febris et bice coniuncta putride.



Febris et bica frequenter putride coniungitur: que in paroxismo non sentitur: neqz a medico per pulsus percipitur: sed in declina-

E ii

De Artificio modo

tione boze particularis cognoscitur per pulsum durum & frequentem: & post cibum per quandam expansionem pulsus: per vinas etiam in mane collectam in superficie cuius nebula pinguis super natate solet: renes enim liquefiunt: & membra pariter pro nimia caliditate febrili. Cura cuius est curare putridam febrem: que est causa eius conseruationis: non tamen etibicam negligere debes: quoniam principalis intentio curandi circa ipsam debet esse.

Capitulum quartum. De cura febris etibice accidens.



Cura febris etibice accidens: que ad vlcus pulmonis sequitur: vel aliud apostema: vel febrem chronicam exsiccantem corpus: Cura prima essentiam egritudinis etibice autem accidens cura iam patuit.

Capitulum quintum. De cura ptbifis.



Causa autem intentio nostra fit ponere curam februm immaterialium: & post eas que dependent a materia: sed quia febris etibice accidens (que ad ptbifis sequitur) non prius curari potest: quam ptbifis curata fuerit: Ideo curam ptbifis & accidentis eius expedit interserere: maxime si breui sermone rationalis cura posita fuerit & definitio. **P**tbifis est substantia pulmonis ulcerata sanem per tussim excreans. **T**ussis autem cum sit propria passio pulmonis noxamentum ipsi illatus primo manifestat: omnium enim ptbifis tussit: non tamen omnis tussis est ptbifis: primo ergo distinguamus has tusses & que illarum ptbifis significat: que vero alias eius passiones. Tussis autem est propter nocumentum pulmonis illatum pueniens. **Q**ue duplex est sicca. scilicet & humida. Sicca cum materia vel sine materia: ut sunt lapsus quatuor qualitatum: cum materia: que non potest excreari vel que depedit ab aliquo apostemate non resudante sed grauante. Humida autem vel catarralis est a capite descendens & est dulcis & non ulcerat pulmonem: alia vero salua ulcerat substantiam pulmonis causans ptbifis: de qua est modo sermo noster. **C**ausa vero primitiua ptbifis (quia est semper ad extra corpus) ideo raro solet causare ptbifis: puta passio anime vel obuiatio: nisi quando causat solutionem continui in pulmone vel pectore: ad quam sequitur fluxus sanguinis ad extra venas in sanem conuersi pulmonem corrodentis & quan-

doque vteritis sese profundatis. **C**ausa autem antecedens: quis est ad intra communiter (& ut in pluribus) solet esse catarrus cholericus vel saluus a capite ad pulmonem descendens: ulcerans pulmonem: quibus & alie cause possunt esse ut in paucioribus: puta aliqua apertio venarum in pectore vel aliud quod apostema pectoris male curatus: quando illa sanies vlcerat pulmonem. **C**ausa ergo catarrhi multi & falsi querenda est: ut omnium ingenio illa primo removeatur: quo frange stabit & egritudo. **C**ausa remota est debilitas stomachi male digerentis superfluitates multas (per viam indigestionis) multiplicatas: quo fit: ut multe materie fumose continuo ad caput ascendunt: & continuo caput debilitat. **C**ausa vero catarrhi proxima est debilitas capitis per se: & non potest non recipere materias a stomacho eleuatas. **C**ausa autem catarrhi falsi vel cholericus est duplex: vna per se alia per accidens: per se quando caput calidum vel cholericum admiscet coleram cum illa materia subtili slegmatica eleuata a stomacho que per vteriore decoctionem fit falsa. **C**ausa vero per accidens: est quando materia a capite recepta putrefit & arripitur a calore preternaturali & conuertitur in caliditatem non naturalem: que descendens ad pulmonem vlcerat ipsum & causat ptbifis. **M**edicus ergo obseruare debet: que est causa ptbifis producens: si est recipiens sanitatem vel non. Si enim fuerit egritudo male compositionis creature: quia caput est plus debito paruum & debile: cololum longum & prouum: spatule eleuate sine carie: pectus angustum: & stomachus debilis: cum hoc si etiam fuerit egritudo male compositionis cholericæ & iuuenis: & catarrus saluus: & ptbifis prolongata & diuturna fuerit: & vlcus profundatum: maxime si fluxus aderit propter debilitatem virtutum: casus capillorum: appetitus prostratus: difficultas anelitus: signa hec indicant egritudinem non curabilem: & signa opposita arguunt eius oppositum: & quanto fuerint signa plura in bonum vel malum: tanto plus erit sperandum vel desperandum de illo ptbifico. **N**onende sunt tamen cure ptbifis singulares que plures poterunt egrotantes sanare: quam ille cure medicorum communes non perfecte nec adequate potest morbos curare: quia enim sunt debilia ideo prius eger moritur quam talia debilia vel non adequata infirmum subleuent. **D**iximus quod communiter causa ptbifis est catarrus saluus: & ipse causatus a duplici merito debili stomacho. scilicet & capite: ideo ad debilitatem remouendam & virtutem subleuandam erit primo nostra intentio tota: scilicet in loco

loco catarrhi correctio: tertio. et ultimo vice-
rum pulmonis consolidatio. Stomachus aut
debilis frigidus (qui ut in pluribus est talis)
evacuabitur primo. ℞. pillularū de biera cū
agarico. ʒ. i. sumptis in mane: die vero sequē
ti. ℞. pillularū thuris onci. s. masticis. ʒ. iiij.
garosilozum. ʒ. j. terbenzine quātum sufficit
ad lentum ignem fiat cerotum: quod appli-
cabitur die sequēti icimo stomacho: q̄ si fue-
rit. Mulier patiens: semper adde in talē ce-
roto. ʒ. j. asse fetide loco garosilozum: dozi-
fera enim non conferunt mulieribus in par-
te superiori propter p̄focacionē masticis.
Caput etiam purgari debet primo evacuā-
do materiā cū. ʒ. j. pillularū de biera cū aga-
rico: secundo fac diversionem catarrhi per ca-
put purgium: et pro aperiēdo poros nasi op-
pilatos. ℞. butiri et per tres noctes unge
nasum inter duo cilia et etiā ad intra: quarta
vero die in mane. ℞. succi blitidis: que maio-
rane añ. onc. s. ponat patiens super palmam
manus et trahat per nasum bis vel ter inter-
polatis vicibus in mane. Tertio. ℞. thuris
masticis sandaraci añ. ʒ. iij. miss. et patienti po-
ne parum singulis tribus diebus de isto pul-
vere super commissuram capitis: veterem
pulverem cum pecine abstergendo et novū
imponendo. Quarto. ℞. ʒ. s. masticis et pa-
tens in mane masticet per horam: quoniam
evacuabit caput et stomachum et pectus a
multis superfluitatibus: et bec tria membra
confortabit et sic potest facere pluribus vicibus
sed interpolatis. Quinto fac hoc diuini
et expertum. ℞. byreos: byssopi: alafce sub-
tiliter pulverizati: bullient in mele despuma-
to et vsatur tustiens in mane: dilatāt enī pe-
ctus: faciliat sputū et tussim: et potenter eua-
cuat et abstergit materiam in pulmone con-
tentas. Evacuatis putridis materiabus in
pulmone existentibus: tunc immediate con-
fortabis ita pulmonem. ℞. aquarum mirri
onci. iij. succari rosati trium annorum vel
duorum: et summat paulatine sicut et omne
lac sumitur: et si supinus in lecto iacuerit tan-
to melius: ut lambēdo materiā descēdat ad
pulmonem: et non ad stomachum: quantum
est possibile: teneat etiam in ore quandoq̄
diadraganti cum bolo: Auicenna: autem lau-
dat lac asine nisi corrūpatur propter febrē:
lactis certe bezoar erit succarū: quod p̄-
servat lac ab omni corruptione: et dulcia com-
petunt pectori. Lac enim laudo cum succha-
ro maxime rosato: certe propter hoc habe-
bitur cura sublimis ipsius p̄bifis: cum bono
regimine in sex rebus non naturalibus: sed
quia modum p̄bifane ordei conferentē non
ponunt auctores cum magno enim labore et
multa decoctione tollitur eius nocūmentum

propter superfluum eius ventositates: in ter-
tia enim digestionē solet causare solutionem
continui ipsius pulmōnis: quare cautela erit
occipere testam auream: et implere de farina
ordei: coopertam cum pasta: que imponatur
in furnum: quando et panis ponitur ad deco-
quendum: et extrahatur cum pane: que sa-
rina sic cocta non indiget multa decoctione:
aliter q̄ p̄ quattuor horas: et nisi fuerit cocta
noceret: que si fuerit cocta in aqua vel iure
carnis cum succharo: magis nutriet: que ab-
stergendo infrigidabit pulmonem. ¶ Ho-
tandum tamen est: q̄ nullus p̄bifis flobotomus
mandus est (q̄ suis Auic. decima tertia co-
pitulo sexto de cura p̄bifis: ponat p̄bifis
mundari per flobotomiam: et ipsum sequen-
tus est sanonarola bonus practicus: tamen
pace ipsorum dixerim: certe est error: manife-
stus quēpiam flobotomare. ¶ P̄bifis enī
omnis propter apostema in pulmone partit:
et partim propter febrem et bicam acciden-
te que continue affligit p̄bifis resolvendo
et debilitando omnes virtutes maxime natu-
rales: et flobotomia est de maxime p̄fennē-
tib⁹ odo virtutes multū debilitat: et ideo virt⁹
p̄bifis resoluta indiget subleuatione et non
vltiori resolutione: neq̄ video p̄bifis esse
sanguineum: que complexio arguit fortitudi-
nem virtutum omnium: et p̄bifis omnis
est virtutum debiliū omnium: nisi forte vel-
lent dicere quando vena pectoris esset aper-
ta: tunc certe flobotomia esset competens:
sed diversa et non euacuativa (ut ipsi inten-
dunt) dicentes quando est sanguinis pecca-
tum: quare nullus p̄bifis est flobotomus
dus: et in actu practico hoc est probatum.
¶ Hoc certe regimen curatiū existimo pos-
se conferre pluribus q̄ conferant cōmunia
medicorum passim edita satis certe spernen-
da ne minus exercitati in ipsis labantur: et
errore ipsorum infirmi pereant. Sed si q̄
Auicenne doctrine studiosus fuerit inueniet
in eius modo procedendi medicinis: magis
exquisitas: quando enī dicit hoc est vltimū:
et hoc est valde bonum: et hoc sumus exper-
ti: vel quando bis vel ter geminat vnam me-
dicinam in eadem cura: ille certe sunt cum si-
ducia exercende: et si ad huc desitares de ip-
sis. Vide ingredientia: et tu compone p̄ vir-
tutes repertas in medicina simplici. ¶ In eius
etiam modo dicendi Auicenna docet absti-
nere a multis tanq̄ non approbatis vel de-
bilibus: quando. s. dicit et hoc quidem dicit
vel approbant. ¶ Sequitur modo tertia in-
tentio principaliter intenta. s. accidentium
correctio. Corpora enim marasmata et pro-
pter febrem porri et vene capillares exsicca-
te non recipiunt nutrimentū: et sit quasi et bi-

De Artificio modo

ca senectutis (vltia febrem et hinc accedens) Ideo succurrendum erit talibus non cum balneis: que Auicenna in multis celebrat morbis: sed magis laudo vinctiones porros apertientes et humectantes: sicut cum lacte asine illa hora mulsio cum modico zucchari albi: et interpolatis diebus cum oleo aneti: camomille: et violarum asi. quod autem diximus de virtute subleuanda membrorum: puta stomachi et capitis diximus communia. C Sed medicina nobis magis propria erit potius non que creditur esse aurum potabile: certe non est: virtus enim naturalis noster non agit in ipsis: sicut agit virtus struci in ferrum: et grauaz in lapides: et multarum aliarum aurum in eosdem: et bouis in sensum. Non enim quodlibet agit in quodlibet: sed determinatum in determinatum. Si enim virtus naturalis stomachi ageret in ipsam aurum: maxime ageret in aurum foliatum: quod tamen non transmutat neque alterat in iota vel apice. Et valde decipiuntur ponentes aureos in ipsis consumatis: a quibus nihil deceditur. Totum enim eius virtus est vnita et compacta quod nullus ignis ipsum corrumpere potest et minus aliquis stomachus noster: vel alienus propter eius mobile esse: virtus enim solis: qui est anima mundi sic operatur in visceribus terre vt simile in nobilitate et incorruptibilitate sibi producere voluit.

Tractatus. De febre pestilentiali.



Amirabilis Deus in operibus suis: hominem non solum tot varijs morbis subesse et affligi permisit: verum etiam febre pestilentiali adeo maligna et tam contagiosa vt amici et cari pariter auferre cogatur a presentia tali febre laborantium. Qui videntes se sic destitutos plerique desperati vitam finiunt. De quorum salute in patria catholici besitare solent: ac si morientes vitam non solum corporalem terminare simul et bonum perpetuum amittere putarentur. Ideo pietate motus de cura et modo sanandi febrem pestilentialem: neque non de modo preseruandi se ab ipsa aliquid in lucem edere statumus. Eo maxime: quia omnes in cura eius scribentes impenio vel nimis breues et diminutos: vel etiam nimis prolixos multa de quolibet scribentes et de proprietate pestis nihil posteris tradidere: forte quia medici in actu practico et extenso ad opus curatiuum pestis parum exercitati fuerunt fugientes ab ipsa (vt contingit fugere omnes.) Ego vero qui pestem

parum timui: et ea cognoui remedia: per que multos a peste liberaui: maxime quibus a prima hora sensibilis lectionis necessaria administrata fuere: fideliter scribere volui: vt quilibet se tuare possit: non solum preseruando se a tali peste: verum etiam sanando egrotantes. C Primo autem diffinimus talem febrem theoricè per omne genus cause: vt essentia eius cum sua minera magis elucescat. C Febuis ergo pestilentialis pro suo formalis: est a tota sui substantia et forma: venenosa: maligna: contagiosa: intrinsecus conturbans plusquam ad extra: a presentia cuius virtus perterrita non audeat pugnam cum morbo aggredi et interim spiritus vitales in corde contenti cum humiditate in capsula cordis facti venenosi resoluiunt. C Pro mali vero est primo in spiritibus vitalibus cordis contenta et in humiditatibus: qui in capsula cordis continentur. Que quidem minera febris: quia est proxima cordi et in ipso corde: ideo et sua accidentia et horrenda pducit: et vt in pluribus est pdes. C Efficientes vero cause eius maxime remote sunt forme celestes cum malis constellationibus planetarum: quando inimica et minaci radiatione erraticæ stelle se respiciunt: epidimia et pestis significantes in signis humanis existentes. Cause autem magis prime sunt acres iam qualificati ab eisdem influxibus celestibus: et non qualitibus manifestis primo et per se: que celestia producant lumine et motu et influentia: de quibus iam supra ogimus: sunt autem et relique sex res non naturales. Maxime vero proxime sunt antecedentes et coniuncte spiritus et humiditates in corde et circa cor contenti: et postea reliqui humores. C Finalis autem causa est vt infinita potentia summæ dei appareat in terris exercendo opus nature in causando corruptionem variam et mortem continuam. Nisi enim continua corruptio et mors accideret: continua generatio vtiq; expediens non foret: daretur enim multiplicatio individuum actu a cellis non possibilis contineri: quod noster intellectus capere non potest: et minus ratione terminare possumus. C Sed horum omnium scientia erit perfecta: quando rationes eorum: quorum est ratio: vere assignabunt. Quoniam autem omnes forme terrestres specificè et diuinales virtualiter sunt in formis celestibus: et non possunt impediri naturaliter in earum productione et influentia: ideo illud est bonum: quia a prima causa volitum et intentum: merito igitur omnis diuersitas apparet in terris que efficienter et virtualiter in celis reperta est. Eadem etiam causa pestis efficiens: que corrumpit complexionem hominis: qui temperatus est: generat vermes per

per putrefactionem: ranae et reptilia multas que etiam constellatione amica est homini: est inimica gentis ex putredine: et que genita sunt ex putredine inimica sunt homini. Et cunctitudines enim sunt continue in rebus omnibus propter continuam virtutum celestium revolutionem a mente divina ab eterno sic ordinante et volente. ¶ Februum autem pestilentialium est diversitas et latitudo multas: tam merito diversarum mixtionum quatuor elementorum causarum diversas complexiones: et etiam merito diversae materiae venenose diversimode in diversis individuis apparentis aliter in debilibus vel fortibus: timidis vel constantibus: se iuvare conantibus vel abiectis et deperditis. Materia enim talis sic venenosa in spiritibus cordis per se primo reptat: et in humiditatibus capsule eius diversimode comunicat eundem diversis morbis: quandoque enim materia raturam accipit ad caput: et causat alienationem instantiam vigiliarum et apostemata in emunctoriis post aures: quandoque ad ipsum epaem ubi massam humoralem conturbat et virtutem naturalem impedit et segregat: quo fit ut urine subfugales appareant: quia sine digestionem et dominio virtutis contra morbum anelitus fit difficilis et pectus elevatum propter maximum calorem ibi concentratum: ideo et extremitates frigidae fiunt: et sudor fetidus: calor enim revocatus est a circumferentia ad centrum cordis ut cordi laboranti succurrat: ubi magis corrumpitur: quo in casu accidit quid febile certe. Quia ipsa paupercula natura decipitur credens sublevare virtutem cordis: et ipsa magis atque magis gravat per accidens tamen. ¶ Quandoque etiam cor non comunicat epaem et minus cerebro. Sed materia venenosa in corde latitat: neque multum conturbat epaem neque cerebrum: ideo urine videntur sane: et pulsus sanus et mens sana: et tamen eger est proximus morti: quando enim movetur et cor arripit subito spiritus cordis corrumpitur: et subito perimit egrus. Sicut enim corrumpitur in morsu canis rabidi: ubi durat per plures menses: quia aliquando per tres et per quattuor: et quandoque ultra et quinq; et venenum latitat ad intra venas: et tunc producit sane operationes in urina pulsu et virtute naturali: quod diu cor subito inficitur: quo leso sequuntur subite mutationes et scia accidentia: quia alienatur: aquam formidat et patiens mordet morsu contagioso et venenoso contracto a cane rabido: frustra etiam carnium generantur: que vulgares affirmant esse catulos genitos in ventre patiens: quia sentitur rugitus quidam in ventre. Morsus tamen serpentis qui sunt magis venenosi

et magis inficiunt spiritus cordis quam morsus canis: qui plus sanguinem inficiunt quam spiritus: ideo proximiores veneno pestis existunt. Atque utrumque enim venenum citissime ad cor ratum accipit per arterias venales et spiritus: qui nimis velocis motus sunt. Ideo punctos tyri vel vipere cuspede infra diem venenum illud interimere solet. Sunt enim gemini denticuli: dexter. scilicet et sinister in maxilla inferiori uterque perforatus a radice ad cuspedes excedentes alios. ¶ Singulis annis decidui: quando. scilicet et spoliis serpentes venenosi deponunt. Circa quos sunt gemine vesice plene veneno: a quibus fluit venenum per cavum dentium perforatorum: tempore quo pungunt aliquos. ¶ Admiraretur ergo quisque humanam calamitatem: quando tam exigua quantitas veneni infra diem hominem punctum interimere potest. Sed adhuc magis admirabile videtur omnibus: ubi sanguis eiusdem vipere ex cauda artificiose extractus: quando sanguine hominis viventis de pasta prius fuerit: cuius odor citissime interimat: vel etiam si liniatur aliquid: et illud certe per solum tactum perneccat: sanguis enim humanus fit velut vehiculum expediens venenum deportandum ad ipsum cor. ¶ Simile venenum quandoque contingit in febre pestilentiali: quod a principio solet latitare: neque sensibiliter leduntur operationes vitales vel naturales: sed quando movetur et cor arripit: citissime interimat. Et quandoque a prima hora contactus rei contagiose apparent signa manifesta: quia febris molesta et apostemata in emunctoriis: carbunculi indifferenter omni in parte corporis atque lenticule rubre vel nigre: a quibus equidem nigris nullus simpliciter evadit: sed a rubris indifferenter: urina autem fit subingalis: et pulsus frequens et minutus: et alienatio mentis: que quodam signa non prius apparent quam cor materiam venenosam ipsi epaem: vel cerebro coica verit. ¶ Difficile autem est noscere magis pestis sic venenosa formaliter quid sit: et unde proveniat quod est acuta: imo inter omnes acutas maxime acuta: contagiosa et nobis tam molesta: et ut in pluribus est perdens. Similiter venenum scorpii et reptilium vel napelli: unde est ista proprietas occulta: que nos sic potenter discrahiat et interimat. Cum tamen omnia in suo genere sunt bona et perfecta. Scorpio enim scorpionem non corrumpit: immo generat et conservat: et napellus in sua specie bonus est: et tamen complexio tyri nobis inimica est: et versa vice complexio hominis ipsi tyro inimica existit. ¶ Qui autem certe novaverit formas celestes earumque proprietates vere poterit solvere questiones istas: forme enim

De Artificioſo modo

celestes diuerſe producunt formas in terris diuerſas: nihil enim ſeipſum generat neq; pducit: ſed omnia ipſe forme celeſtes cū agentibus particularibus et proximis producit. **C**uxta illud Ariſtotelis ſecundo de phyſico auditu Sol et homo generant hominem. **E**t ſecundo de generatione ab orbe declinatis a zodiaco fiunt omnes rerum generationes et corruptiones. **E**t in primo metheororum ſcribit: q; neceſſe eſt hunc mundum inferiorem eſſe contiguum lationibus ſuperioribus: vt omnis virtus inde gubernetur. Sunt etiam diuerſe forme et imagines celeſtes ſeptentrionales et meridionales: quas zodiacus diuidit quax qdā amice ſunt adiuices et alique inimice. **E**a enim conſtellatione: que corrumpit aerem et influendo introducit formas in ipſo pro guerra fame et peſte eſt amica p animalibus multis: que generantur ex corruptione cauſata ab eadem conſtellatione. **E**ſt tamen inimica animalibus perfectis: maxime hominibus: qui inclinantur vt a peſte fame vel ferro abſorbentur atq; deuorentur. **Q**uādoq; enī rane: vermes: locuſte: mures: muſce: reptilia et alia animalia generantur ex tali influētia. **D**e quibus aſtologi reſolte tractauerūt: quia a poxi ex veris cauſis et neceſſarijs: q; naturaliter aliter ſe habere nō poſſunt: demonſtrauerunt in doctrinis eorū. **Q**ue quidem influētia: non quia calide vel frigide: ſed quia talis influētia influxit a tali et tali imagine ſerpentis: ſcorpionis celeſtis cum planetis in ſignis exiſtentibus diuerſis generant animalia diuerſa ex putrefactione: et tunc hominum complexio multum corrumpitur et ſequitur moris. **D**iuerſe ergo imagines celeſtes amice vel inimice producunt effectus amicos vel inimicos. **A**gēs enim naturale appropriabit ſibi paſſum: inquantū poteſt et educendo de potentia materie ex non viuo facit viuum: non enim qualitate manifeſta ſed ſua forma et influētia celis indita a ſuo creatore. **F**orma ergo ſcorpionis vel ſerpentarij cum ſuo veneno eſt nobis adeo inimica atq; moleſta: quia ſcorpio celeſtis et ſerpentarius inimica radiatione ſemper ſe inſiciunt cum imagine aquarij vel geminorum: que ſigna humana ſunt et cum Tauro vel Ariete: que animalia quadrupedia ſunt. **T**ales ergo complexiones mutuo ſe odiunt et perimunt: quia in ſuis cauſis celeſtibus iam talis inimicitia ordinata eſt. **A**d ergo eſt aliqua proprietates occulta medicorum: quia ille proprietates occulte medicis ſunt quidem note et manifeſte aſtologiam calenſibus. **N**eq; erit caſus et fortuna ipſius Ariſtotelis ſecundo phyſicorum: quia omnia ſunt ſub ſuis terminatis cauſis: quas deus per ce-

los ſucceſſiue et ſcienter et non ignorāter vel a caſu pducit. **Q**ui ergo nouerit cauſas celeſtes: in quibus virtualiter continentur oēs cauſe harum diuerſitatum ſub lunari globo: ſoluere poterit: vt per cauſas proprias: oēs queſtiones proprietatum occultarum. **E**t caſus etiā et fortune ab Ariſt. tāti celebrare in ſcō de phyſico auditu nihil eſſe putabunt: futuri enim euentus naturales ſunt in ſuis cauſis celeſtibus omnes. **A**ſſignare autem veras cauſas cuj ſuis temporibus ipſius epidimie et aliorum morborum: per quas equidē eſſentie morbi cognoscunt: erit certe cognitio ppria ipſi medico in hac ſcīa erudito: q; qdē ſcīa nō diſtrahet medicum ad aliā artem ſicut diſtraxit Anicēnā: qui Aſtrenomiaz ignorauit: ſed magis eus perficiet. **S**ciet enim bene de pronoficijs egritudinuj predicere: maxime per ſcīentiaz Aſtrenomie bene applicate ipſi medicine: et predicere poterit melius q; ſm viā poſitionis et axiomatū: que in continuo fluxu ſunt. **C**ognitis ergo cauſis epidimie omnibus et maxime ipſius peſtis in ſpeciali a quibus cauſis dependeat: et q; minere ſunt ipſius. **E**x quibus et eſſentia morborum ſtatim illuceſcet: qua cognita facilius erit applicatio illorum: que a tota ſubſtātia et bezobartica potenter curant tales morbos venenofos et peſtiferos: et non expedit occupari medicos circa cōis artis medicine: in quibus curandis ſolūmodo p qualitates manifeſtas et virtutes debiles et nō adēqtas eos procedere video. **S**icut enim omnibus venenis ad ſunt medicine bezobartice: que a tota ſui forma agunt contra venenum curando ipſum puta: gentiana: bipericon vel perforata: enula: raſſanus: diptamus: ariſtologia lōga et rotunda: et lapis bezabar: qui puluerulētus eſt et ſuauiſ odoris: quando agitatur et caleſcit: quē nos experti ſumus rome et vidi potenter venenum per ſudorem expellere et liberare: et ſtatim potentius q; tyriaca exhibitas que quidē medicine bezobartice ſimplices et compoſite cum multis alijs: que currunt eodem curſu potenter reſiſtunt contra omne venenum cor defendendo. **S**ic etiā in febribus omnibus venenofis malignis atq; peſtiferis querēde ſunt medicine: que bezobartica naturam habent in febribus diuerſis. **P**rimo cor defendēdo a corruptione humiditatum et ſpirituū in corde exiſtentia. **D**ebiles enim medicine exhibite et non appropriate non liberant a tam veloci et potēti inuaſione rei venenofe: primo raturū accipientis ad cor inſiciēdum: quoniam interim eger moritur errore (vt in pluribus) medicorum. **I**n cura autem harum febrium peſtentialium ſit iſte primus canon: q; medicus ſit ſollicitus

Sollicitis omnia agenda expedite et velocissime agere: ut preoccurat materie venenose in corde figurata: et spiritus inde et humilitates in capsula cordis contentas corrumperat: et nisi essent duo motus oppositi slobotomie. s. et pharmacie: quarum altera mouet a centro ad circumferentiam: et altera a circumferentia ad centrum: quos natura non sustinet oppositos motus in eodem tempore: essent arte exhibende in eadem die. Sed slobotomia est preferenda in tali febre pestifera: a latere. s. opposito exire in emictorio: si apostema apparuerit in vnam diametrum: premittendo enema: si opus fuerit de biera cum agarico. Agaricus enim potenter educit et est medicina familie: educendo omnes materias peccantes: nisi fuerit impediens et aq iuuenilis vel senilis: vel complexio nimis cholericus: quo in casu medicina solutiu est preferenda. Die autem sequenti absq expectatione: ut digestio materie appareat in vna exhibe medicinam solutiuam scamoneatam et non benedictam: ut velocissime materia partim diuertatur et partim eradicetur a corde. Et electuariu de succo rosarum pro robustis: et pro magis delicatis exhibeatur medicina multum rone vniuersalis. s. trifera perfica: et tu compone pro iudicio extimatio: si tenor virtutis fuerit fortis vel debilis: si debilis exhibe plus de trifera: si vero fortis plus de succo rosarum cum aqua mellisse: que est contra omne venenum et aqua buglose: que ducit medicinam ad cor: aqua etiam gentiane multum in tali peste est potens preseruando cor a febre pestiferali et defendendo ipsum ne venenum figurat in ipso.

Secundus autem canon. Sit tanq oculus dexter medico ipsum cor primo defendere cu appropiatis: et est res mirabilis reperta in sacro caladule: que vulgo dicitur fior dogni mestr: Rome dicitur herba bianca: cuius succus si exhibeatur cum seropu. ij. tyriace potenter defendit cor. Quando autem fortis ille haberi non poterit: exhibeatur succus r. coze montane cum ead tyriaca. Decoctio etiam optime valeriane buase pastoris: et absinthij preseruat cor ab omni putrefactione et liberat a peste: et eius contagione.

Tertius autem canon est: ut spiritum pestis exire aliqua apparuerit in emictorio vel carbunculus in quacumq parte corporis: subito applica duas sanguifugas prius ibi in vngendo cum sanguine recenti ex ala galline: ut sanguifuge labentes eum apprehendant locum: quibus dimissis ad eum casum spontaneu: sanguis ex illis foraminibus: que rotundi sunt prius emanabit sponte per quatuor horas neq illu impedias: euacuatio prius erit conueniens

ex ea parte: que natura replet expellere materiam venenosam sine dolore et agitatione educetur. Qui enim incidunt talia apostemata idgesta: spasmani et citi moriunt egrotates. Quartus autem canon erit: ut talia apostemata cito digerantur trahendo materiam ibi contentam a centro ad circumferentia. R. vitellum oui cum croco et succaro et applica desuper frequenter permutando: quoniam cito exsiccat tale emplastrum. Flos etiam cucurbitae applicatus subito attrahit ad extra et apostemata adiuuat ad digerendum et ad extra educendas materias ibi fluxas.

Quintus autem canon est sudoris prouocatio cum eis: que cerebro et cordi a proprietate conferunt sicut est semen peonie. R. semen peonie numero. xv. puluerizetur et bulliat in aqua melisse onci. ij. et calidam in mane sumat eger: sudorem enim prouocat: Caput et cor ab ipso veneno defendit.

Sextus autem canon est ordinatio diete et regimen in sex rebus non naturalibus: si enim fuerit rarus appetitus (ut sepe contingit) comedant voraciter: et per vim ut virtus non cadat: immo cum omni studio tenor virtutis est subleuandus cum aqua carnis contusis et consumatis.

Septimus autem canon est defendere cor ab ipso veneno cum epitimatis sere continuis. R. aquarum mellisse: bipericon: acetose: buglose an. onci. ij. maluatici onci. ij. aceti onci. xv. cui adde succi diptami gentiane an. onci. ij. et si succus non aderit. R. gentiane diptami an. onci. ij. infundantur in aq mellisse facta et expressione de qua adde onci. iij. Quibus aquis adde cinnamomi garofolorum sandalorum citrinorum bene albi rubi an. 3. j. biacati smaragdii an. scropu. s. croci gra. x. grane electe recentis dragmam vnam cum dimidiato de corde cerui. 3. j. omnia contundantur et misceantur cum supradictis aq: qb^o final agitans in ampula tantu calefiat: quantum sufficit pro singula vice.

Octauus autem canon. Digeras pro corde epitimando reliquias materie non educatas per slobotomias: pharmaciam: et sudorem: cum syrupo bisantino acetoso composito cum aquis mellisse buglose acetose et similibus pro arbitrio proprii iudicii medici exercitati.

Nonus autem canon. Si fuerit instatia vnguenti populeonis oncia vna opy. 3. media misceantur tympora et ad intra nares et palme manus post cenam.

Decimus autem canon. Si fuerit ariditas lingue. R. aceti communis onci. j. aque cocte onci. ij. fiat sepe gargarismus: extinguit enim salm et abstergit linguam.

f

De Artificioſo modo Curandi Februm.

Candecimus autem canon ſi fuerit ſitis intolerabilis: potus eius erit aqua bugloſe acetofe mellifſe cum ſyrupo bugloſe. Sed potus aqua lactis acetofi plus valet: quã Auic. tãtum magnificat: cuius tamen uſus non eſt in tota italia: neq; ſciunt artificioſe acetofare ipſum lac: ſicut fit in tota Dalmatia uſq; ad Bizantium: et in tota Aſia et Aſyria: cuius uſus eſt omnium febricitantium: mirabiles enim producit ſanitates in cauſonide et alijs febribus acutis: eſt enim cibus: potus: et medicina: quando cum ſuccharo exhibet: neq; putrefactio fit in ſtomacho ſicut reliq; potus omnes omnium fructuum: qui in ſtomacho et uenis corumpuntur. **C**ſi quis autem uellet exercere iſtam diuinam potionem lactis acetofi: que mirabiles ſanitates et quidẽ expertas producit in omni febre acuta: eſt uante: cauſonide: et ethica: babeat paruam copiam lactis acetofi ex partibus dalmaticis: per quã fit multiplicatio in infinitum cum alio lacte comuni. Sed ſi quis uolet habere originem huius lactis. Accipiat fermentus panis: cuius quo fermentet lac calidum per unam diem illud fermentabitur: cui quo lacte iterum aliud lac acetofabitur ad libitum: quod poſtea coletur in pecia ſuſpenſa per .s. horas: cui aque adde parã de ſuccharo: et exhibe ſitienti: qui potus extinguet omnẽ ſitim pariter et multã febrẽ cum alio regimine conuenienti: ſicut ego expertus ſum pluries. **E**tiam etiã granatorum nõ laudat in crudat enim humores et eos reddit rebelles ad digeſtionẽ et euacuationẽ. **C**Duodecim^{us} autem canon: ſeruari ſe a peſte per ea quã ſunt ad extra eſt odor aceti roſati uel comuni: qui plus preſeruat omni alio odore. **A**d intra uero exhibitã per os eſt puluis iſte mirabilis et expertus. **R.** ſpice nardi. .s. ij. euſorij. .s. iij. maſtici. .s. viij. fiat puluis: cuius ſcopu. .s. exhibitus in aqua mellifſe uel gentiane preſeruat mirabiliter ab omni peſte et aere corrupto. **C**De quo puluere ſi detur peſte laboranti. .s. j. cum aqua gentiane uel ſuco calendule uel cum aqua cardi benedicti maximũ preſtabit iuuamẽtum: preſertim ſi fuerit exhibitũ ante. xiiij. horas. **E**t ſi etiã de iſto puluere ponatur ſuper narãcio per tranſuerſus incifo et ſub cineribus decoquatur et ponatur ſuper apoſtẽma faciet maximã operationẽ. **C**Laudamus etiam oleũ multũ expertus iuuamenti manifeſti. **R.** ſcorpionũ numero. c. qui colligãtur de menſe Auguſti: de nocte enim in foraminibus ſacile inueniuntur: qui ponantur in bacino barbitonſorio et caleſcat fundus eius paulatine: quod fiet ut ſcorpiones tumefiant ſupra modum: qui ſic tumidi et facti uenenoſi proyiciantur in una libra olei comuni et bene

bulliant: ignis enim citius actuat medicina et fermentat quã facit calor ſolis. Sicut contingit tyriace que in umbra ſeruet ad annũ. xv. et ſeneſcit ad annũ. xxx. uel. xl. et forte in climatibus ſeptentrionalibus et frigidis ſeruet ad annũ. xx. et ſeneſcit ad annũ. lx. **I**n operationibus cuius nõ inuenio certe tot miracula quot prius de ipſa ſcripſerunt: cui adde reubarbari uincã. j. et ſerua: et quã opus fuerit et ſuſpicio peſtis uel aſſumptio alicuius ueneni: ſubito inunge cor: nares: timpora: et pulſus utriuſq; manus: preſeruat a peſte atq; liberat ſi opportune fuerit fuerit. **Q**uibus quidem remedijs opportune exhibitis et debite applicatis: maxime ſi expedite et ſeruanter cor ipſum preueniatur: certe inſinit a peſte ſanabuntur atq; preſeruabuntur ſi deus uoluerit.

Capitulum. De cauſa mortis.



Etiam ſiſis Medici ſit ſanare quandoq; tamen ſine ſuo fruſtratur per mortem egrĩ. **I**deo poſt diſputationes de eſſentia egritudinum et cura ipſarum: conuenit modo dicere quid interficiat hominem. **E**t uidetur ſecundum comunem opinionẽ quod eſt egritudo tã: propter quid enim moritur Socrates febriciens niſi propter febrẽ? **Q**ue quidem opinio uidetur eſſe falſa: quoniam non tangit cauſam principalem. **N**ulla enim egritudo: cum qua ſtat uita interficit: ſed febris eſt egritudo: cum qua ſtat uita: ergo febris non interficit: ergo aliud interficit quã egritudo. ſ. quod non ſtat cum uita: et illud erit immoderata frigiditas et ſiccitas: que in corde cauſatur ab egritudine: quando enim humidum et calidum radicale cordis arripitur a calore preter naturalẽ. **C**ipit inflamari et ſiccitas introduci ſucceſſiue: primo ad gradũ ut duo: cum qua adhuc ſtat uita. **S**ed quãdo ulterius intendit in ſiccitate (ut quattuor) et frigidum etiam intenditur ut quattuor: et materia incineratur: et tunc cum illa non ſtat uita: et ita Socrates moritur: ergo ſiccitas et frigiditas interimunt nos: cum qua non ſtat uita: et non egritudo cum qua ſtat uita: et per conſequens patet quod illa opinio eſt falſa. **S**icut enim ſapientes et fatui ſunt melãcholici. ſ. frigidi et ſicci: ſic etiã omnis integritas et perfectio noſtra eſt propter debitã ſiccitatem: a qua etiam eſt ipſa mors. **Q**ue quidem non differunt niſi ſecundum gradum magis intenſum et remiſſum: in quodam enim temperamento ſtat complexio noſtra: uita: et integritas noſtra. **I**n ipſa autem diſcrãſia ſtat fatuitas: corporis debilitas: deniq; et ipſa mors.

De ſumma

De summa Felicitate et suprema perfectione humana.



Felicitatem

quidem et humanam perfectionem longe questam ab omnibus: tantumque naturali appetitu desideratam: raro tamen ab hominibus inuentam modo expedit

(vt antea scrutari pmilimus) enotare. In cuius inuestigatione si nos equo animo gentium multitudinem reuoluerimus: eam difficiliorum (q̄z cōmuniter existimatur) inuenimus: multipbariamque illam plerique forte capescendam persenserunt: prout ipsi vario vel corporis aut sensus vel potius rationis adminiculo excitantur: neque hunc usque in diē diuerse defuerūt huiusmodi opiones de Felicitatis humane affectu: quod sane potissima de causa prouenire quispiam facile putabit. Si consentaneū sue concupiscentie terminū adaptabit: uti beatum diffinienti ac per singula discurrenti videre licet. Beatus eques ille dicitur qui habet quicquid appetit sine rationem. Infirmi enim summopere sanitates pre omnibus concupiscunt. Pauperes autē diuitias: Ambitiosi honores: Ascipientes corporis illecebras: Militēs victoriam et rapinam: Ciuiles vero pollitiam: et nobis ita discurrentibus per omnes actus et operationes humanas bona corporis vel fortune magis q̄ anime bona preferentes hoc hominū genus in terrenis possidisse felicitatem putabitur. Quorum omnium q̄z vane sunt opiones aduersus ipsum recte rationis dictamen nequa q̄ est eruditus excludere difficile. Quandoquidem si in bona corporis validudine perfecta esset rationalis felicitas aut sensuum facultate brutorū profecto plurima nobis esse beatorum quilibet perspiciet. Nam pisces in corporali sanitate: Leões in cede et rapinis: Vinctes visu: Vulture odoratu: Simia gustu: Aranea tactu: Lepores velocitate: Pavones ambitione: ac alia plurima nos longe superantia esse beatorum merito censebimus: quod sane nisi prosumus rationis experere existimabit. Non est ergo questita felicitas illa: que nobis et beluis communis est: sed ea magis: qua animantia queque superamus: et bene viuimus. Quis autē (auctore L. Buspo) bene viuere poterit: nisi qui aliquo negotio intentus alicuius preclari facinoris aut artis bone famā q̄rit. Maioribus ergo q̄z corporis aut fortune bonis cōstituendā beatitudinem scrutaturi: abiectis prosumus imbecillibus

Aristippi et Epicuri opinionibus: per omnigenas rationis humane disciplinas et artes siue liberales et theozicas siue mechanicas et practicas opere precium discurrere arbitramur: que nam sit illa cognitio ceteris prestantior: que nos efficacius admetam beatitudinis conducat. Pro cuius inuestigatione clarioxi duplicem sane modum eruditionis fore premittemus: alterum quidem humanitus ex naturali rationis indagine prouenientes: alterum vero diuinitus: ad cuius affectuionem se habet humanus intellectus: vt mere patiens absque vlla intellectus agentis actiuitate: sed supernaturali inspiratione et ex creditis principiis robur assumit assensus. De utroque autem disciplinandi modo sermonem facturi hoc in loco. Primum de naturali modo eruditionis quid in illo beatitudinis humane contineatur differemus. Postremo autem de secunda manerie cognoscendi pertractabimus. Quātum igitur ad disciplinas humanitas inuentas: que tantum dignitatis homini prestant: vt non solum ceteris corporis aut fortune bonis preferenda sint: sed hominem ab homine non secus differre faciūt q̄z viuum a mortuo et bonum a malo. Omnis enim malus est ignorans: et omnis recte sciens bonus. quoniam impossibile videtur q̄ scierit quispiam male operetur nisi quandoque malum sibi bonum apparuerit. Omnis ergo virtus et vitium erit in prosecutione et fuga: scientes enim a malo simpliciter cognito continentes erunt et fugiet: vel minus malum: quod videbitur boni rationem tenere: prosequantur. Ignari autem ab ipsa sensuum concupiscentia deducētur: et absque dictamine recte rationis malum sub ratione boni prosequantur. Et ipsorum intellectu male negociante: quia ignorat: peccatum committetur. Bonus ergo deo et hominibus gratus erit: malus autem per oppositum. Quid autem diuersi disciplinarum inuētores earumque professores nobis attulerint perfectionis et felicitatis iamiam explicemus ab intrinsecis eruditionis inchoantes: ne forsitan difficilis hec inuestigatio sub dubio relinquatur illis omissis. Quid ergo primū nobis eruditi gramatici aut sacundi oratores prestant beatitudinis: nihil equidem aliud q̄ congrue loqui et efficacius benedicendo persuadere: que sane quum sint animi operationes valde remisse: nequa q̄z beatos efficere possunt earū professores. Dialecticus autem aliquantisper animū extollit altiusque pertentat ratiocinationibus enolare: quandoquidem per opus intellectus vniuersales sibi methodū fabricauit: vt in practiciis a malo et in speculabilibus a falso tutior euaderet.

De Felicitate

verum ipse a vera beatitudine videtur longe remotus: quoniam circa rationis entia per opus intellectus causata tota versatur eius intentio. **C**Arithmeticus vero incōprehensibilem fere omnium rerum multitudinem suo numerorū ambitu comprehendere atq; terminare cōtēdit. At profecto neq; ipse ad veram beatitudinis metam hac serie numerorum sufficienter perducitur: quoniam certitudinē essentiarum presertim cause prime nequaquā p̄stat. **C**Neq; pariter nos geometra beatos efficiet: quoniam ipsius professio trinam corporum dimensionem longitudinem, s. latitudinem atq; profunditatem requirit et cognoscendi capacitatem et continentiam: que longe ab ipsa felicitate remota est. **C**Neq; sane ipsa musica beatos efficiet ei⁹ professores: que non solum celestes orbium armonias: verum etiam cantus humanos et ipsorum melodias auribus delectabiles edocet: quibus anime passionēs in iram prouocantes mitigantur: et effeminati ac timentes in robur et ad arma prouocantur. **C**Si etiā prospectiuam equo animo voluptemur: ab ipsa beatitudinis affectatione longe remotas comperiemus: quia solas rerum distantias et inaccessibiles moles et altitudines atq; profunditates certa ratione metitur: et in angustam formam quācunq; moles siue machinā similem tamē representare ac reducere proficitur: de quibus iandudum in speculo nostro astronomico diffuse tractauim⁹. **C**At quippe neq; iuris consulti nos efficient beatos: quia etsi more peripatetico scientifici non sint: sed morales: satis attamen animam disporre videntur omnia legibus cohercēdo et vitia reprīmendo: prout eorum facultas naturali philosophiē subalternatur atq; ab illa dictamen recte rationis assumit: humanos actus ad virtutem et pollitiam reducendo: interq; extrema vitia mediam eligendo virtutem. Hec sane plurimum preparant mortalium animos ad capescendam rerum speculationem: quoniam ut inquit Salomon: in maleuolam animam non introibit sapientia dei. **C**Naturalis autem philosophia videtur profecto maiorem prestare nobis perfectiones ceteris ante memoratis disciplinis: ipsa tamē nequaquā beatos reddet eius affectas: quoniam circa sensibilia et materialia siue corruptibilia motus et mutationes versat: atq; per accidētia nouem p̄dicamentorum quidditates rerum cognoscere laborat. Philosophus autē quando pro cognoscenda substantia sensus omnes est expertus: ab intento sine frustratus existit: diminutamq; rerum cognitionem substantiarum presertim posteris dereliquit: humanusq; intellectus parum

quiescit: immo semp beatitudo videtur. Neq; id absq; rōne euenit: quoniam intellectus indiget sensuum famulatu: qui ad substantiam minime se profundant: nihilq; in intellectu est inquit Aristotele, nisi prius fuerit in sensu. **C**Quid ergo de rebus vniuersalib⁹ perfecte cognoscimus: omnia quippe diminute ac fere contingēt: modo magis vniuersale: modo minus vniuersale considerantes: prout obiectum exterius fortius mouebit sensum et illud p̄mo intelliget. Nequaquā igitur naturalis philosophia nos ad verā beatitudinē deducet. **C**At sane his omnib⁹ concessis tanq; rationi cōsentaneis occurret nobis ipse metaphysicus: quem diuinum philosophū vocat Aristoteles certāq; mortalibus metam prosequende felicitatis promittet. Quādoquidem precipua ipsius professio circa gentiū abstractorum: deum, s. et intelligentias versatur: nobilioresq; noticiam prestare videbitur de substantiis omnigenis q̄s naturalis philosophus de corporibus duxerat: et per consequens beatos efficiet illius professio. **C**Verum enimvero quā iuxta philosophi documenta sensus ad ipsas abstractas intelligentias nequaquā extendi possint: quā sane cognitionem de illis prestabit metaphysicus: certe modicam positiuam sed magis per negationem: quā profecto minimam cognitionum assequendarum tradidit philosophus in posteriorib⁹ analyticis. **C**Qualis ergo erit facta potius illa felicitas Auerrois per copulationem intellectus agentis cum possibili post adeptiones omnium habituum: absq; vltiori intellectus negotiatione circa sensibilia: queritando noscere conclusiones ignotas per precognita principia. Nulla quippe nobis asserre felicitatem Auerroem quisq; peritus opinabitur: quādoquidē ad hos habitus acquirēdos Auerroico more natura nouerca potius q̄ parens medium nobis adeo subtraxerit: ut non solus supercelestes intelligentie: verū etiam rerum materialium essentie simpliciter ignorentur: ipsarūq; diuinutam cognitionem assequimur: et si circa eas humani sensus hora quacunq; versari experimur. **N**ō igitur beatus quēpiam efficiet metaphysica: que longe plura promittit professorib⁹ q̄ possit attendere. **C**Hic ergo p̄termisissis veluti remotis adhibet ab ipsa felicitate: nobis fortasse beatitudinem prestabit medicina: que sane prima fronte maximum videtur nobis prebere aditum ac emolumentum ad ipsam consequendā: nos in sanitate conseruando et ab egritudine liberando: que ex sensatis causis veros in nobis effectus producit: egruz sanando et sanitatem continuando: sine qua more peripatetico non contingit

git quæpiã esse felicem. **C**erũtamen si medicine facultatem vniuersam siue theoreticã siue practicã recte consideremus. ipsa nequaquã poterit animum quietare: quin maiora nequã non excellentiora bona quã sanitatem ipsam concupiscat. Immo talibus admisso grande videretur sequi inconueniens: quãdã quidem idiota vndequaquã incolumis pertabitur beatus. At quã adeo rationis expertus hoc admittet? Nemo bercule nemo. Quoniam idiota nequaquã meretur dici beatus: imo alal infelicissimus sine veriori frustratũ. **C**icet igitur omnes predice artes ac scientie speculatiue perficiant animam rationales nobisquã plurimum conferant: minime tamen ad perfectum cognitionis gradum et felicitatẽ eleuabunt. **C**At vero quispiam veritatis indagator queritabit: que nam sit illa potior disciplina inter humanitas adiuuentas rerũ cognitiones: que magis intellectũ perficiat: et plures atquã nobiliores entium gradus manifestet? Ex quo nulla predictarum est sufficiens. **R**espondendum profecto arbitror nullam fore admirabiliozem: ceterisquã nobiliozem ipsa astronomia. **Q**ue celestius est sola contemplatrix: humanumquã intellectum adeo eleuat ab omni sublunarium forde: vt ipsum summopere similem intelligẽtũ reddat. **Q**uarum cognitio ideo est pfectior: quã omnes tempoz differentias et effectus adeo mente reuoluunt: vt cuncta siue preterita: siue presentia: siue futura facile percipiãt. **M**axime prima intelligentiarum sese intuendo singula cognoscit. Similiter equidem homo acquisitis predictis liberalibus disciplinis veluti preuis anime dispositionibus diuine astronomie famulãtibz: preclaris huius artis auspicijs facile contemplari poterit: quomodo preterita cum presentibus et futuris connectenda sint. **O**mniumquã effectũ siue preteritorum: siue presentium: siue futuroz: qui sublunari globo fiunt: precipuas causas poterit assignare. **Q**ue sane celestia sunt corpora: que suos adequatos effectus in terrestri situ determinatis periodis produciãt: nõ solum in annona epidimia et mutatione tempozum: verum etiam de omni mutatione reũgnoz mundi et sectaruz. **Q**ue sane stellarum cognitio mirabilis ad sanitatem et pacium actionum humanarum commodũ conducit et plurimum confert. **A**d sanitatem quidem: quoniam precognoscendo celestes influxus et minace o cõstellationes multa futura mala: (inquit **P**tolomeus) precavere possumus: que ignaris astrozũ sepissime cõtingerent: puta precognoscendo celi minacẽ dispõnẽ per febre futura vel quodcuquã aliud infortunium: alterando primo ipsum corpus

per qualitates contrarias et dietando atque debite euacuando: febris illa nõ accidet: vel remissius affliget. **A**d vtilitatẽ pfectũ astrozũ cognitio in actionibus humanis: quoniam precognoscendo stelliferos motus in annona: qualiscuquã vctura fuerit. **D**e ipsa quispiã recte prouidẽdo bene dictari poterit. **A**d felicitatẽ deniqũ non mediocrem et anime perfectionem celestis contemplatio maxime confert. **Q**uoniam pũci futura precognoscetes apud homines magi et sapiẽtes dicebantur: ac veluti propbete et quodammodo pro dijs in terris habebãt seu dei vicarij. **Q**uid quid enim summus rerum opifex per stellas producere intendit: astronomis clementissime primo cõmunicauit: quod sane facile est videre: nõne **A**brãbam (vt in **B**eneh legit) in astrozũ scientia peritissimus in maxima pũcorum veneratione habitus **I**ndos et **E**gyptios illam edocuit. **A**tque etiam ob huius doctrine prestantiam ab antiquis celum sustinuisse dicit. **Q**uid de mercurio illo trismegisto referam? qui hanc ob admirabilem sapientiaz summo cũ honore terrenus deus ab hominibus habitus est: itaceo **Z**inum orpbeum et mirabilem illam sybillarum multitudinem summis laudibus decantatz nõ alia de causa: nisi quoniam celestium cognitionem optime caluerunt. **C**hæc igitur est illa celestium sapientia: que omnes inter humanitas adiuuentas disciplinas ingenius summopere perficit: magisquã nos in rerum admirabilium cognitiones deducit: quã oes alie sua memorate discipline: sicut vnicuiquã recte cogitanti videre licet. **Q**uãdoquidem nulla fiat in aliqua scientia verior effectũ in suas causas resolutio: quã in hac celestium peritia. **N**eqũ ab re philosophus per sensit meliũ esse modicam habere cognitionem de rebus superioribus quã maximam inferiorum ob maiorem nature dignitatem. **A**nto enim ambiget celestia longe prestare ceteris sublunariibus: immo quecunquã contingunt in inferioribus antea virtualiter in celestibus cõtinentur. **E**terna enim voluntas et inuariabilis et infinita potestas nature totius opificis celestia creauit: veluti secundas causas: quibus mediantibus effectus oes inferiores idealiter ab eterno in mente sua existẽtes ad extra in tempore produciãt: quo ad ipsius ordinatã potentiam: tribuens vnicuiquã formam propriam: virtutem atquã operationem: vt decet ad libitum donantis dei: donare cui vult: et cui non vult non donare. **Q**ui profecto nequã ex hoc personarum acceptator dicendus est: quoniam omnia sunt illius effectus: nulla causa meriti rei pducte preexistẽter: **I**deo nequã plus merentis recipere quã receperit. dono et

De Fluxu maris.

gratia datoris. **C**elestia igitur agūt bec in inferiora motu lumine z influentia determinata veluti cause secundarie: que ideo a primo rerum omnium opifice create sunt: vt ipsas agere motus proprios Augustino teste deus permittat: que sane maiorē de ipso deo glorioſo cognitionem prestant nobis q̄ reliqua entia ſublunaria. **Q**ui ergo plures harū perfectionum gradus ex inuentione propria vel alterius eruditione caluerit. **H**is certe preſtabit ceteris z maiorē felicitatis gradum naturaliter haberi poſſibilem pertinget. ceterisq; longe anteponēdus erit veluti dei amantiffimus. **E**x his igitur aperte monſtrauimus quibus in bonis rationalium beatitudo poſſibilis haberi per naturā collocanda ſit: z quantum omnes inter diſciplinas humanitas inuentas aſtrozum peritia ſit ceteris preferenda. **R**eliquum modo ſuper eſſe arbitramur: vt grandes nobis futuras obiectiones de ſuprema felicitate fidelibus adducendas e medio tollamus. Facile nāq; intueor pleroſq; oppoſitores q; naturalibus rationibus hominem beatificari nequaq; putant: z iure quidem: quoniā perfecta ſeuicitas in diſtincta dei cognoſcē atq; fruitione conſiſtit. **Q**uaz proſecto nulla ſcientiarum (vt vera fateamur) nobis elargitur. Sed quedam gradus pauciores z quedam plures: vt antea moſtrauimus ex diſciplinis per naturā haberi poſſibiliū. **E**x creditis igitur opere precius eſt modo indagare: q̄ nā ſit illa p̄ſectio: q̄ nos in claram dei z intelligētiarum peritiā deducat. **O**mnes proſecto in hanc deuenire ſentētiā comperimus illā eſſe theologiaz: que de deo ſermonē indicat. **H**anc autem bipartitam eſſe apud veteres inuenim⁹ vt verius diſſeramus. **C**abalistica ſc̄z z orthodoxa: vtraq; proſecto ſummā dei cognoſcē ſuis pollicetur proſeſſoribus. **C**abalistica autē proſectio apud hebreoz monarchas eſt archana dei z intelligentiaz cognoſcē in literis hebraicis z punctis conſtituta: quā ex moſaica literatura deducunt multipbarijs earum combinationibus z numeris ab ineffabili quopiam z viuo dei nomine quattuor literarum progredientibus: in quibus arcana dei mīſteria z miracula cōtineri: z p̄ ea fieri poſſibilia exiſtimant. **Q**ue olis oretenus ab antiquis eozum p̄matibus cōmunicabātur. **D**e quibus: curioſiſſimis hebreozum creditis plurima extant (vt aiunt) cabalistica volumina. vt liber Zoar a Symone ben iochay edū: z liber Sarrba Abora: z Imbre Lepber z Lepbar Jacyra Abrahe: Lepbar Lemonoth z Lanba z quāplura alia volumina de myſterijs illius cabalistiche proſeſſionis. **Q**uā ſane p̄ſeſſionē da-

ri hominibus veluti beatificantem animam rationales nequaq; arbitramur: neq; approbamus z ſi multipbarias contineat contemplationis indagines z ſpirituales ſubtilitates. Sed veluti metaphyſica plura pollicetur q̄ executioni demandet. licet in cabalisticis illis voluminibus maiorā ſint inſerta dei z intelligentiarum penetralia q̄ in tota **A**riſt. metaphyſica: que cōmuniffimos entium conceptus mortalibus demonſtrat: z de genere abſtractozum: que ex ſenſatis eliciuntur inſinuat. **Q**uū igitur proſeſſio cabalistica nos efficere beatos nequeat: ad ſolam proſecto illam orthodoxe fidei theologiaz proſeſſenda felicitate ſuprema recurrēdū eſt. **Q**ue ſupra omnes humanitas inuentas diſciplinas z cabalistarum peritiā nos in clarum deitatis intuitum deducit: pluraq; exequens q̄ polliceatur. **H**ec eſt illa ſcientiarū omnium regina z ſupremi rerū opificis cōtemplatrix: qua ſane duce ſanamur ab omnibus languoribus corporis z anime: contraq; omnia mundi pericula clypeus eſt muniffimus. **C**uius felicitibus auſpicys in ſacralem illam dei cognoſcē beatificam deducimur. **Q**uam nobis preſtare dignetur altiffimus: cuius nomen ineffabile per ſecula ſit exaltatum Amen.

Tractatus de occulta causa Fluxus z Refluxus Maris.



Expectatio iamias que in operis huius exordio ſcrutari ac determinare p̄miſimus: reliquum erat nobis expediendum. videlicet de cauſa illa pluribus occulta: imo cognoſcē diſſicillima fluxus z refluxus maris. **C**uius eſſeſtus licet omnibus ſit manifeſtus. **O**mnes tamen adeo ancipites adeoq; non mediocri admiratione plenos reddir: vt plurimū ipſi cauſam potiffimam cognoſcere deſiderent. **Q**uādoquidem admiratio teſte philoſopho primo ſue ſapientie ſit p̄ncipium z occaſio recte philoſophantibus: inquit enim **A**riſt. propter admirari ceperunt philoſophi philoſophari. **M**axime igitur erat rationi p̄ſentaneum in calce hui⁹ noſtri operis hanc diſſicilem pertractare materiam preſertim pro reſolutioni ſupradictozum cognoſcē. **C**uius enim ſuperius in de pronoſticis egriſtudinum. **Q**uomodo **S**ocrates vitam cum morte cōmutauit deſcendentibus ſole z luna a cuspide mediū celi z mare refluente. **M**a niſeſtum eſt enim q; ſol z luna ab horoſcopo vel parte orientali ad nos accedentes vq; ad meri-

ad meridiem in sex horis equalibus ascen-
dunt: quo in tempore et mare ad nos fluen-
do accedere videtur: quibus descendit
et mare refluxu incipit. Cum autem Sol et
Luna sint maximi vite fautores: quando ab
hemispherio inferiori ad superius emicant: te-
nebras fugant et lumen nobis prebent: et ma-
re fluere ad nos incipit. Lumine ergo et motu
influent in nobis uiuentibus et presidium pre-
stant: quo (infirmi subleuati) non moriuntur:
Sed ipsis descendit mare refluxu et pre-
sidium egris subtrahitur et a morbo ulterius
grauati sepius in eodem descensu et maris
refluxu de proximo morituri moriuntur: quod
profecto apud hyspanos etiam vulgares pas-
sim obseruatur: et de morte egrotantium pro-
noscitur. Cognita ergo essentia egritudi-
num cum pronosticis dierum criticorum per
stellas in bonum vel in malum terminanti-
bus: et hoc habito tanquam per suas causas ce-
lestes a priori. Certe pulchrum erit et dignum
scitu per easdem causas etiam in particula-
ri: qua hora morituri vitam cum morte de-
beant commutare. Quod facile quisque con-
sequetur. Si Solis et Lune cursus ascende-
tes vel descendentes obserauerit: per quos
mare semper et fluere et refluxu expertum
est: et res inferiores augmentum et decremen-
tum suscipiunt. Et quis Scotus secundo
sententiarum: et Plinius etiam in secundo na-
turalis hystorie quedam de fluxu maris et
refluxu sicut mures super farinam saltantes
delibauerint: non tamen resolute aliquid po-
steris tradiderunt: subterfentes rationem que
ipsum mare quandoque velocissime fluit et re-
fluxu: et quandoque idem neque fluit neque refluxu:
qualis est etiam forma maris: ubi mare est
maxime fluxum: vel qualis ubi est idem re-
fluxum: bene etiam ipsos latuit: (sicut et reli-
quos omnes philosophos usque nunc) quod
est res tam sensata et manifesta: cuius quidem
cause sunt: luminaria scilicet uniformiter
mota respectu primi mobilis: que perficiunt
in die naturali unam reuolutionem ab ortu
per meridiem in occasum: quare motus ipsa
ab ortu usque ad meridiem: mare fluit ad nos.
Sed quare motus ipsis eodem motu unifor-
miter eisdem properantibus ulterius a me-
ridie versus occasum mare non sequitur lu-
men vel motum: et influentiam ipsorum sice-
rum? Sed semper in illo situ cuspidis medii
celi luminaribus existentibus mare primo
quandam morulam facit: postea vero incipit
refluxu: et incipit facere motum oppositum:
stante causa uniformi luminariis in suis mo-
tibus luminibus et influentibus? Et si ergo
stella lumine et motu tamen agerent in bec infe-
riora et non influentia (vt Aristotelici male

opinantur) quare effectus. scilicet maris est contra-
rius suis causis in fluxu et refluxu: stante cau-
sa. scilicet luminarium uniformi: quas quidem pas-
siones maris et quaplures alias (de quibus
modo est agendum) non solus non soluerunt:
sed neque in questionem posuerunt: certe quia
astrologiam non caluerunt. Sed contra quod
pias obicit nonne Plinius secundo natura-
lis hystorie tot pulchra tanquam late digessit?
Certe Plinius hystoricus magis extitit atque
delibator diuersorum auctorum: neque particu-
lariter digessit aliquam scientiarum: sed in mul-
tis etiam confudit nescius logice: quo instru-
mento tamen verum a falso separatur. Scotus
autem (quis logice parens fuerit) tamen quod
calceos non habuit: nudis pedibus astrolo-
giam calcare voluit: in qua spinas sentiens:
pedes contraxit: et sicco pede super ipsum ma-
re secundo sententiarum deambulauit. Auer-
roes autem cum suo magistro Aristotele: senio
confecti (vt ipsi. xij. methaphisice confirmant)
desperarunt effectus omnes in sphaera acti-
uorum et passiuorum naturales ad celestia cor-
pora (vt ad causas proprias et adequatas)
posse reducere et illorum rationem veras as-
signare. Quorum onus modo nos subire ten-
tabimus: neque audeam nisi tota doctrina
Aristotelica viam mihi: vt famulus astro-
logie prebuisset: cui enixe ab incunabulis
natando inuigilare non cessauit. Primum
ergo ponemus conclusiones per quas non
solum facilis erit conexio vel copulatio astro-
nomie et indiciorum eius ad medicinalia et
pronostica eius de diebus criticis non plus
applicata. Verum etiam ponemus. metodus
quomodo quisque ratione regulari et vniuer-
sali omnia contingentia in sphaera actiuorum
et passiuorum explicare vel resoluere poterit ad
celestia (vt ad causas proprias et adequatas)
cum exemplis accommodatis pro minus in-
scientis exercitatis facientes ex omni scibi-
li scientia vnas: quando quis reduxerit scien-
tias omnes ad istam astronomicam scientiam
(dico dominam et reginam aliarum omnium)
Dicat quicquid velint ipsius expertes: qui
sane si preclara eius monumenta degustas-
sent: eam ceteris prestare disciplinis huma-
nitas inuentis existimarent. Sed artis igno-
rantia causa est: ne anima reuertatur unde
discessit: verum enimvero vt materiam hac
cognitu difficilem clarius elucidemus: posi-
tis quibusdam conclusionibus fluxus maris
et refluxus facillime perscrutabimur pro co-
muni studiosorum omnium fruge. Et primo
differemus de fluxu et refluxu maris: quan-
do luminaria coniuncta sunt vel opposita.
Secundo quando fuerint in alio situ preter
hec duo loca.

De Fluxu maris.

Prima conclusio. Sol & Luna sic maris tumorem ad se contrahunt: q̄ sub ipsis perpendiculariter est maximus tumor maris: q̄ quidem tumor fluxus maris dicitur & aquarum crementum & similiter diametraliter in parte opposita (que nadir dicitur) est eadem vel consimilis eleuatio vel tumor maris maximus: ergo duo maximi tumores maris sunt semper & vniformiter: alter .s. sub luminaribus & alter in parte opposita: que nadir luminarium est vocata que oppositionem significat secundum astronomos.

Secunda conclusio. Sicut Luna est velut centrum illius tumoris: & eius nadir est aliud centrum: sub quibus est maxima eleuatio maris: que diuideret totum mare velut in duo hemispheria sic q̄ luna erit semper centrum vnus hemispherij: & alterius hemispherij erit centrum ipsum nadir lune: in orizonte autem medio istorum duorum centrorum oppositorum est semper maxima depressio & decrementum aquarum vel refluxus maris. Aut quidem orizon semper & vniformiter distat ab vtroque centro circulariter per gradus .xc. Eodem modo est imaginandum atq; dicendum de figura eleuationis & depressionis maris sub centro Solis & nadir eius: & in orizonte medio .s. inter vtriusque centrum est depressio maris vel eius refluxus & aquarum decrementum.

Tertia conclusio. Sicut sphaera maris in plano depingi non potest: sic neq; eius profunditas videri potest. Sed si tota sphaera solida maris in duo diuideret per duo centra statim certe apparebunt quatuor figure quasi lunares profunde in medio .s. quelibet illarum in centro proprio: & quia sunt quatuor centra: ideo erunt etiam quatuor profunditates maris semper vniformes: quarum due erunt a luna causate & eius nadir: alie vero due a sole .s. & eius nadir: & omnes predictae figure a dictis centrīs sunt equaliter terminantes in cuspidem vel quandā pyramidem: cum quibus cuspidibus aduicem se contingunt: quatuor .s. pyramides orbis lune in orizonte coeuntis: scilicet .e. et .f. & alie quatuor ipsius solis in orizonte .l. m. Quae quidem due figure Solis & Lune ambe diuidentur in xxvij. partes equales: sic q̄ ab orizonte orizontali .s. a puncto .e. vsq; ad centrum lune sunt septē partes: & est prima quarta: Similiter & secunda quarta ab orizonte sinistro .s. a puncto .f. diuidatur in alias septem partes: & similiter due reliquae quartae ipsius nadir diuidantur in septem partes equales: & ad similes diuisionem diuidatur & Solis figura maris in alias .xxvij. partes equales: vt in figura descripta diuise sunt. Quas equidem partes totius figure signabimus cum literis mox

mathematico: vt facilius demonstrare valeamus ea que intendimus docere. Sit ergo centrum hemispherij tumoris maris eleuati ab ipsa luna centrum & centrum nadir eius nadir Orizon communis (in quo terminant quatuor cuspidēs vtriusque hemispherij) e. f. Sit & centrum solis. Sol nadir eius. Orizon communis .l. m. C Signentur etiam quatuor partes mundi immobiles: ad quas mensurabuntur omnes fluxus & refluxus maris mobiles (morus enim per aliquod immobile cognoscitur.) Sit ortus. A. meridies. P. occasus. Q. cuspis terre et septentrio. R.

Quarta conclusio. Iste autem eleuationes maris facte sub forma lunari sunt maxima profunditas in quatuor centrīs: in quibus centris tumor maris erit gradū septē: in partibus autem proximis dextris & sinistris erit sex: in tertia vero parte similiter dextra & sinistra quinque: postea quatuor: postea tres: postea duo & vnum ultimo terminabitur .i. le tumor maris ad non gradum tumoris .s. d. quod .o. ponitur in vtroque orizonte medio vel communi: quod autem dicitur de orbe lune: idem dicatur etiam de orbe solis.

Quinta conclusio: q̄ iste attractiones maris sunt facte a sole sicut & a luna: & fit vtriusque luminare diuisim pro dimidia parte tumoris: & pro alia dimidia parte tumoris ad se attraxerunt nadir & ipsum sic attractus semper & vniformiter sibi seruant: quod manifesta & necessaria ratione sensata probatur. Quoniam ponatur linea sub ipso sole coniuncta in eadem linea: & ponatur in .p. meridie. Dico tunc q̄ mare apud illos (quorum sol est in meridie) erit in maximo fluxu. Ponant etiam eadem luminaria in .R. cuspidē terre .s. in media nocte mare iterum erit in simili maxima eleuatione: sicut quando erat in .p. meridie: Ergo maxima eleuatio & maris tumor est sub ipsis luminariibus & nadir eorum: sicut in figura patet. Probatur etiam inductiue in totali reuolutione diei naturalis: in qua variantur omnes differentie fluxus & refluxus maris. In nulla enim alia hora inuentus est apud meridem maior tumor q̄ luminariibus existentibus in meridie: vel eisdem existentibus in cuspidē terre: quando .s. nadir ipsorum luminarium est in meridie: & hoc est semper & vniformiter: ergo semper & vniformiter maris tumor est maximus sub centrīs luminarium & in nadir ipsorum.

Sexta conclusio. Ponantur etiam luminaria in A. parte orientali. Dico q̄ semper & vniformiter mare erit in .p. meridie in maxime refluxu & depressione sicut & ipsis existentibus in .q. parte occidentali: mare erit iterum in .p. meridie in maximo refluxu: sicut quando

quando erant in **A.** parte. **f.** orientali: ergo a quattuor punctis vel quattuor centris: ubi sunt maximi fluxus ad .xc. graduum distantias dextras. **f.** z sinistras sunt maxime depressiones z refluxus maris: z a maximo refluxu ad maximum fluxum z clementunt semper mare per equales proportiones augendo fluit. Quod probatur: supposito q̄ ab ortu ad meridiem sunt gradus .xc. z a meridie in .q. occasum gradus .xc. z sic oēs quartae constat ex gradibus .xc. Tunc arguo Sole z luna existētibz in .n. ortu maximus refluxus est in .p. meridie: z eisdē similiter existētibz in .q. occasu: iterum in meridie est mare in maximo refluxu. Probatur quoniā in tota revolutione diei naturalis bis mare est in maximo refluxu: sed luminariibus existētibz in ortu z in occasu tri: mare in meridie est in maximo refluxu: qui meridies distat ab ortu per gradus .xc. z ab occasu per gradus .xc. ergo a maximo fluxu maris ad maximum refluxum. **f.** dextrum z sinistrum sunt gradus .xc. Ergo tota figura tumoris maris est vera: que lunarem formas sibi vendicant. Quod quidem manifestum erit. Si mare sub equinoctio in duas partes diuidat z in pleno ponat: vt nos posuimus. **C** Sed si quis speculatiuus speculatus fuerit quomodo mare in propria forma se habet: inueniet certe sicut duo hemispheria mobilia ad motū luminarium: diuisa in duos tumores contra se positos. Quia vn⁹ tumor est sub luminariibus z alter sub nadir ipsorum: qui diametraliter eis opponitur: qui tumores cū sint semper sub ipsis luminariibus z sub nadir ipsorum: semper ergo mouebūtur dicti tumores insequentes dicta luminaria tanq̄ propria causas illoz tumorū. **C** Pari ratione erit etiam maxima depressio semper in orizonte qui distat a dictis duobus tumoribus oppositis circulariter p̄ gradus .xc. **C** Sed pro minus speculatiuus: qui nesciunt abstrahere a sensatis presentibus necesse fuit ponere has figuras in plano. Que formam maris (qualis est in se) aliquantū representat: que duo hemispheria mouentur ad motum lune: alia duo mouentur ad motus solis semper z vniformiter: quia hec quattuor hemispheria sūt duo: quando Sol z Luna sunt coniuncti: vel oppositi: in alijs autem horis sunt diuisa et tunc videbuntur esse quattuor hemispheria: duo. **f.** respectu lune z reliqua duo respectu solis: sicut in figura clare apparet: per quam bene intellectam omnia accidentia maris in dubie verificabuntur.

C Septima conclusio. Sicut mare ante solē z lunam per .xc. gradus semper fluit z post ipsos semper refluit z sub ipsis idem mare

semper est in maximo fluxu: in quo situ mare semper quiescit: quia neq; fluit neq; refluit: sic etiam sub vtroq; nadir mare habet confimiles passiones in omnib⁹. **C** Probatur enim fuit supra prima in secunda conclusio: ne: q; maximus tumor maris est sub quattuor punctis vel centris. Probatur modo q; etiā quiescit sub eisdē centris semper: per dignitatem z propositionem maximam philosophie naturalis: videlicet q; inter duos motus oppositos necesse est dare quietem mediaz: ne due species motus opposte continuentur z fiant vnum. Et quis hec passiones maris quasi implicent contradictionem adinuicem z dicant impossibilitatem: tamen sunt vere ex parte rei z concordant sensatis: que non licet negare. Qui enim negauerit sensata dignus est verberibus teste Auicēna: vt p̄ vim illis assentiat: in quibus autem intellectus minime acquiescit: imo deducit in maximā admirationem. **f.** q; mare a termino loci luminarium in dextram partem semper z vniformiter fluat: z ab eodem termino in sinistram partem semper refluat: z tamen in eodem puncto z termino. **f.** centro luminarium sit semper maximus fluxus maris: z etiā ibi semper quiescat videt esse insistendus. Propter que implicata nullus prius neq; recentior bunc vsq; in diem ausus est has solvere questiones propter earum difficultatem. Quia isti motus maris cum suis passionibus non videntur insequi motus naturales quattuor. **f.** elementoz: z minus motum ipsius quinte essentie diuinorū. **f.** corporū celestium. Est enim compositus a celesti z elementari natura z facta neq; ista neq; illa: sed tertia participas vtriusq;. **C** Sed ne tam admirabilis motus maris cum suis passionibus semper sub dubio relinquat: z ea ex parte homo sit semper infelix. Qui enim admirantur infelices semper sunt: qm̄ sunt ignari causarū teste poeta: Felix qui rex potuit cognoscere cās. Tētabimus ergo nos e medio tollere ac terminare admirationes istas: eo magis: quia iam in de felicitate posuimus felices fore tales: qui scientia causarum completi z perfecti sunt: quod quidē palam erit: quādo illud cum exemplis satis accommodatis configurabimus: z causas monstrauerimus. Exempla quidē magis mouent q̄ verba. **C** Accipiat ergo primo corpus solidum z sphericum cū axe z vtroq; polo: in quo ponatur circulus meridianus tangens spheram in vtroq; polo: a quo contactu idem meridianus semper subleuetur a superficie dicte spherē: taliter q; supra equinoctius talis meridianus sit eminentens per duos digitos: z q; talis meridianus faciat supra spheram: quasi formā lunarem:

De Fluru Maris

supra equinoctium maxime profundā. Sint ergo due ille forme lunares diametraliter opposite causate ex tali meridiano sic artificiose posito. Sit et alter circulus equinoctialis ad similes formas lunarem positus supra equinoctium: secans iam dictus meridianum orthogonaliter ad angulos fere rectos et sphaerales: a qua comuni sectione circuloꝝ ad distantiam graduum. xc. contingat sphaeram. Qui duo tumores vel eleuationes supra sphaeram in duabus partibus oppositis cum illo contactu sphaere iam dicto causabunt duo hemisphaeria: quorum orizon erit cōis in illo contactu circuloꝝ. Hae sphaera sic fabricata erit certe cōsimilis in omnibus ipsis tumoribus et depressionibus maris causatis a duobus luminariis et duobus nadir eorum. Tunc vestiat dicta sphaera tella celesti dimisso aperto altero polo: ut possint moueri ad intra cum digito dicti duo circuli. Illi enim duo tumores oppositi erunt ad instar eleuationis maris per ipsa luminaria causati et tumor oppositus per nadir oppositus. Illi etiam depressiones maris maxime distantes vndique a centrīs maxime profunditatis maris per gradus. xc. representabunt orizontes mobile: qui semper insequuntur motus luminariū: a quibus distant per. xc. gradus semper et vniiformiter. Ducuntur ergo illi circuli ad intra tellam: que sit immobilis. Certum enim erit primo quod ille tumor dexter pelli videbitur: et illa tella: que representat ipsum mare: semper per. xc. gradus ante solē subleuabitur: ad instar cuius subleuationis mare etiā crescere videbitur: alter autē tumor et sinister videbitur destitui et cadere ab illa eleuatione propter fugam et vltiorem motum luminariū: ex quo et refluxere mare videbitur. Et de tumore diametraliter opposito causato ab eorum nadir eodem modo dicendum est. In qua figura docti et exercitati in ipsis abstractionibus a sensatis: quorum abstrahentiū non est mendacium: poterunt facile omnes canones nostros exercere et applicare. Abi videbunt duos tumores semper esse vniiformes luminariis scilicet existentibus in coniunctione: inuenient certe ipsum mare semper fluere in duabus quartis dextris a luminariis et ipsorum nadir: Et in eadem hora et in eodem instanti semper ipsum mare refluxere et motū facere oppositū in duabus. scilicet quartis sinistris: in vna. scilicet quarta sinistra a luminariis: et in altera sinistra ab ipsis nadir et partibus oppositis. Apparebit etiam in orizonte communi tunc mare stare neque fluere neque refluxere: ipsum etiam esse in maximo refluxu: et semper in distantia. xc. gradus. Per oppositū erit sub ipsis luminariis: vbi erit semper maximus fluxus et in nadir eo-

rum: quous et ibi mare neque fluat neque refluxat: sed semper stat: sicut et in horizonte dictus fuit. Qui quidem motus et passiones maris non sunt similes motibus alicui elementorum: neque ipsi corpori celesti sed dissimiles: quia sunt compositi et causati ex natura elementorum aque: et ex lumine: motu: et influentia celestium corporum sic operantium: que nos intellectus tamen insequitur. Complent enim omnem actum secundus et proprias operationes in istis inferioribus: primaria causa sic disponente ut diximus. Hec autē sphaerica: quia in plano non possunt depingi sufficienter: sed indigent proprio lumine intellectus: vel vniuocae voce docētis que maximas latentis enurgie vim habet: vel et actuali demonstratione nostre figure: quā studiosis omnibus cognoscere cupientibus libenter me polliceor ostensurum.

C Octava conclusio. Ponantur duo centra Solis et Lune in. H. parte orientali: dico quod tunc mare in. p. meridie est maxime refluxū per conclusionem quintam. Ascendentibus etiam luminariis et ad. p. properantibus mare quidem versus. p. incipiet crescere et fluendo tumescere successine: et tamdiu tumescet per sex horas quod diu luminaria perueniant ad. p. meridiem. Iterum autem eisdem currentibus in. q. mare incipiet refluxere in. p. meridie: et tamdiu refluxet per sex alias horas: quod diu luminaria perueniant ad. q. occasum (quartam secundum). Iterum et tertio eisdem motis in. R. mare fluere incipiet in. p. meridie per sex horas: quibus in vltima quarta discurrentibus versus. n. mare per sex horas refluxet in. p. Sequitur ergo quod luminariis existentibus in prima quarta mare in. p. meridie fluet: et eisdem in secunda quarta existentibus in. p. refluxet: in tertia quarta iterū fluet: et in quarta vltima refluxet in. p. meridie. Secundo sequitur quod luminariis existentibus in. n. mare fluere incipiet versus. p. et illis existentibus in. p. mare incipiet refluxere ab eodem. p. ergo. n. et. p. punctus in distantia graduum. xc. sunt motus maris oppositi: quia. n. facit fluere et. p. refluxere. Tertio sequitur quod in duabus quartis oppositis: in prima. scilicet et tertia: mare in. p. fluet: et in secunda et quarta idem refluxet in. p. quia sunt quartae opposite. Quarto sequitur quod in quocumque puncto signato totius circūferentiae terre: ab ortu per meridiem in occasum: et ab occasu per meridiem in ortum bis mare fluet per sex horas: et bis refluxet per alias sex horas: ergo in. xxiiij. horis in quolibet puncto significato mare fluxit bis et refluxit bis. Quinto sequitur: quod in quolibet puncto signato: mare quater stare videbitur per aliquam morulas temporis sensibilem: inter enim duos motus contrarios

contrarios et oppositos (inquit Philosophus) mobile stabitue due opposite species motus sine vnum propter vnum motum continuum: Duo enim differentia specie et numero non possunt esse continua: sed bene contigua vel consequenter se habentia sexto physicoz.

C Sexto sequitur: quod duo centra luminaria cum orizonte comuni. l. m. dividit quattuor quartas sub orbe solis: eodem etiam modo erunt quattuor quartae in respectu orbis lune: in quibus octo terminis. s. in duobus luminariis et duobus nadir eorum: et quattuor terminis orizontes terminantibus scilicet. l. m. e. f. mare semper stat: neque fluit neque refluit. Quavis continue mare fluat in quartis dextris et refluat in quartis sinistris: quando sit coniunctio vel oppositio luminarii: vt supra dictus est.

C Septimo sequitur: quod est maius omni admiratione: quod mare in quarta dextra luminaris fluit semper: et in quarta sinistra idem refluit: et in nadir similiter in quarta dextra fluit et sinistra refluit: et tamen in quolibet centro mare semper stat in suo maximo fluxu: sicut semper idem mare in distantia. xc. gradus ab omni centro est in maximo refluxu.

Dextram partem a sole voco illam partem ante solem: illud autem est ante quod solem precedit: puta sole existente in ortu: illud quod est versus meridiem est ante: quod autem est sub orizonte est post solem. Quae quidem passiones maris ita probantur: quoniam sub centrīs luminariū: et sub ipsorum nadir est maximo tumor maris: sic etiam in eorum orizontibus medio vel communibus: scilicet. l. m. et. e. f. mare est in maximo refluxu: hoc supra probatum est et per experientiam facti patet. Sed etiam ratione comprobatur: quoniam in centrīs hemispherij mare est in maximo fluxu: et in. e. f. et. l. m. orizonte est in maximo refluxu: ergo ibi non fluit neque refluit. Haec oppositum scilicet quod in centrīs vel in orizontibus fluit vel refluit: ergo non esset mare in centrīs semper et uniformiter in maximo fluxu: et in orizonte semper in maximo refluxu: cuius oppositum est supra probatum ex sensatis conclusionibus quinta in prima parte eius.

C Probatur et secundo: quia luminariis existentibus in. p. meridiem sunt in termino ultimi fluxus maris quia in principio secunde quartae: et in fine prime quartae vbi vult mare reflueret: sed inter duos motus contrarios est necesse mobile stare: ergo mare non fluit neque refluit in principio quartarum: et per consequens videbitur stare.

C Tercia conclusio: quod ab ortu. n. in. p. est prima quarta orientalis in qua luminariis discurrentibus mare semper in meridiem fluit. Secunda quarta est ab. p. in. q. in qua Sole et Luna discurrentibus mare in meridiem re-

fluit. Tertia quarta est. q. r. in qua iterum fluit in meridiem: et quarta ultima est. r. n. in qua mare secundo refluit in meridiem.

C Sequitur ergo primo quod in quocumque puncto signato mare quater stat et bis fluit et bis refluit. Cuius ratio est: quia partes celi (respectu solis et lune) diverse faciunt stare ipsum mare: puta centra et orizon: et fluere facit quarta dextra: et reflueret facit quarta sinistra: cum quibus centrīs et partibus dextris et sinistris luminaria et ipsorum nadir (in die naturali) circundant omnes partes terre. Ergo in omnibus partibus terre tanta maris diversitas apparebit (singulis diebus) luminariis existentibus in coniunctione vel oppositio.

Quando autem erunt luminaria in alijs aspectibus ad invicem (sicut in quadraturis) alie erunt passiones maris (vt post dicetur) Ex quibus sequitur quod semper mare stat: semper mare fluit: et semper refluit respectu diversorum locorum et temporum.

C Decima conclusio. Mare velocissime fluit et refluit luminariis existentibus in coniunctione: quia due virtutes efficientes fluxum maris sunt simul: et duo etiam nadir ipsorum sunt simul: que equales potentiam habent in tali fluxu: et simili velocitate mare fluit: quoniam luminaria sunt in oppositio: quia nadir lune est in eadem linea cum sole: et nadir solis est in eadem linea cum luna: ergo in oppositio luminariis due virtutes similiter erunt simul: sicut et prius.

C Est et secunda ratio: quia Sol in oppositio erit in principio prime quartae: et Luna in principio tertie quartae: que sunt quartae oppositae: sed luminaria quando sunt in quartis oppositis se iuvant ad faciendum vnum motum similem: vbi in quartis proximis et lateralibus faciunt motus oppositos. s. quoniam sunt in duabus quadraturis. Ideo mare tunc stat et non fluit neque refluit: vt paulo post patebit.

C Undecima conclusio. Positis iam iam conclusionibus de passionibus maris quando luminaria fuerint simul: vel in eorum oppositio: vt superius diximus: expediat modo ponere eiusdem maris passiones luminariis variatis in situ celi et distantis diversis in toto cursu menstruo: ad quam diversitatem mare continue aliam et aliam passionem ab eisdem suscipit. In quadrato enim aspectu sinistro a sole: qui sit in die septima post coitum et in distantia per gradus. xc. a sole in qua distantia omnes quartae laterales terminum suscipiunt: puta sole existente in. p. meridiem: luna erit in. n. ortu: et sic vtrunque luminare erit in principiis duarum quartarum lateralium et non oppositarum. Quae quidem duo puncta. n. et p. sunt principia contrariorum motuum: quia luna quando est in ortu intendit fluxum ma-

De Fluxu Maris

Sol & Sol in p. qui intendit refluxus maris. Sed causis efficientibus motum equalibus existentibus in posse & oppositum motu intendentibus: mobile non mouebitur: motus enim prouenit a victoria maioris inequalitatis motorum: ergo mare in illa hora nō mouebitur q̄ diu luminaria fuerint in distantia graduum. x. quia semper erunt in tota reuolutione diurna in principijs quartarum: in quibus intendunt motus oppositos: quare mare stabit: qui quidem situs maris apud peritos nautas dicitur in lingua materna mar o sele: quod bis accidit in singulo mense in prima quadratura. s. septima die: & in secunda. s. vigesima prima die: q̄ mare neq; fluit neq; refluit: propter contraoperantia luminaria: quam adiuuicem faciunt duo luminaria.

Ex quo sequitur q̄ centrum lune remouebitur a centro solis in septima die & perueniet ad orizontem. Ergo maximus fluxus ueniet ad maximū refluxum: quo fit: ut mare in toto oceano & tota sua circūferentia erit equale in profunditate in fluxu & refluxu.

Sequitur & secundo q̄ nullibi mare tunc neq; fluet neq; refluet: in omnibus ergo patietur passiones oppositas: quales. s. patiebatur luminariibus in coniunctione vel oppositione existentibus: ubi mare in duobus. s. centris hemispherij erat maxime eleuatum & in orizontibus maxime depressum. Velocissime etiam mouebat in coitu: ubi in quadraturis duobus neq; fluit neq; refluit: neq; est magis eleuatum in vna parte & in alia depressus sed equale vndiq; & sine motu. **Q**uid ergo diuinitus & magis sensate experimur in sideribus q̄ istas passiones maris? Quis ergo sone mentis negare poterit in his inferioribus actione celestium corporum tam clara & manifestas: atq; tam pulchras? Quis etiā poterit soluere problemata hec ardua & occulta mortalibus: nisi ille qui in celestibus disciplinis educatus bene fuerit. Is etiā soluere poterit omnes effectus naturales in spebra contingentes actiuorum & passiuorum.

Duodecima conclusio. Viso fluxu maris velocissimo (luminariibus existentibus in coitu vel oppositione eorum) visa etiam ratio: nequare mare nō fluit neq; refluit (Luna. s. existente in primo quadrato cum sole vel in secundo) videamus modo: quomodo ista velocitas maxima maris incipit deperdi successe: vsq; ad non motum: qui fit in septima die. s. in prima quadratura luminarium.

Ponatur ergo Sol in p. meridie: & Luna incipiat remoueri a Sole per vnam diē versus ortus motu eius proprio in zodiaco: perueniet. n. ad primam septimam partem primae quartae. s. sinistre a sole. Dico tunc q̄ mo-

to sole a puncte. p. in. q. Sol erit in vna quarta & luna in alia per vnam horam: in qua hora mare non mouebitur: quia q̄ diu luminaria fuerint in duabus quartis lateralibus: in quibus sunt motus oppositi: mare non mouebitur: neq; fluet neq; refluet: sed cum Luna (motu primi mobilis) perueniet ad eandem quartam: in qua est & Sol: mare incipiet moueri motu veloci: quia vtrunq; sidus conuenient in actione: quando. s. sunt in eadē quarta: ergo mare non fluet: nisi per horas. v. q̄a per vnam horam iam fuit sine motu. **P**ost autem Luna in secunda die in secunda distantia a Sole in diuisione. s. numero. v. per eandem rationē. Luna erit in alia quarta a Sole per duas horas: & sic mare in illis duabus horis non fluet: ergo mare in singulis quattuor quartis stabit immobile per duas horas: & mouebitur in singulis quartis per horas quattuor. In tertia autē die ponatur in tertia diuisione: tunc mare stabit per tres horas mouat & luna: in quarta autē & in quinta die successiue nō mouebitur per quinque horas & per vnam t̄m mouebitur. Et tandem in septima die mare simpliciter non mouebitur: quia erit in p̄ma quadratura. **H**abet ergo ratio: quomodo mare successiue incipit deperdere motum per singulas partes: per quas dicit a sole: per vnam horam de fluxu: quousq; perdat totum fluxum: cum. s. ad ipsam quadraturam Luna peruenierit. **H**ic tamen notandum est q̄ in quadratura semper apparet aliquis modicus motus ex parte virtutis lune: quis habet aliquē victoriam supra solem in mouendo mare.

Decimatertia conclusio. **P**ost quadratum aspectum luna mouebitur per vnam diē & erit in tertia quarta per vna horam: & sic mare incipiet acquirere fluxum & refluxum in singulis quartis per vnam horam tantū & q̄ quinq; stabit: vltimus luna perueniet ad secundam sectionem: & sic adiuuabit motum solis per duas horas: quare continue crescet motus maris sere in singulis diebus per horam quousq; pueniet ad oppositionē. **P**ost vero oppositionem incipiet deperdi motus maris eo modo: quo deperdebat: quando luna erat in coitu & inceperat a sole remoueri.

Similiter est dicendum de quarta vltima: sicut dictum fuit de secunda quarta: q̄a quartae opposite habent eandem rationem motus maris & quietis. **Q**ue quidem omnia clare apparebunt: si quis accommodate nouerit remouere lunam a sole & ipsam firmauerit cum modico cere in figura: postea mouerit vtrunq; luminare circum terram: ubi videbuntur omnes eleuationes maris atq; depressiones: secundum q̄ ille peruenient in tali motu

li motu ad omnes partes mundi: in qua figura semper in omni loco clare apparebit: quomodo se habet mare: tummodo nouerit quantum luna mota est a sole in zodiaco: quoniam tantum mouet centrum lune a centro solis: secundum quod distantias variabunt et omnes passiones maris.

Decimaquarta conclusio. Mare non solummodo fluit et refluit in diurna reuolutione: ut supra diximus: sed etiam mare continue fluit ad meridiem per sex menses et a meridie in septentriones continue refluit per alios sex menses. Quod patet: quia centrum hemispherii maris: ubi est maximus fluxus: est perpendiculariter sub ipsis luminariibus: qui quidem tumor semper insequitur centrum solis: ut dictus est. Qui quidem sol a cancro signo. scilicet septentrionali in capricorno signis meridionale mouetur in sex mensibus. Ergo et ille maris tumor qui insequitur solem et lunam: mouetur fluendo a septentrione in meridiem per sex menses: et a meridie in septentriones per alios sex menses. scilicet a capricorno in cancrum: quod clarissime patet si qui noverit sphaeram.

Decimaquinta conclusio. Si quis curiose voluerit scire: quantum mare fluxum est vel refluxum et omnes alias passiones eius. Inueniat locum solis in tacuino in illa hora: quod scire cupit et firmet ipsum cum cera sub suo zodiaco: quem diuisum in tres decanos ut sit factior collocatio solis in eodem gradu: in quo inuentus fuerit in tacuino: et idem faciet de luna: quam firmet in sphaera solis sub signo et gradu inuento in tacuino in eadem hora. Tertio inueniat horam post meridiem: et inueniat gradum ascendentem per doctrinam iam habitam: que ponat nascedente: et sic statim apparebit verus situs et figura maris in omnibus partibus mundi cum omni fluxu et refluxu maris: per quam figuram (diuinitus adiuuentam) apparebunt solones difficultum quoniam contingenti sui in materia fluxus et refluxus maris: et eius figure: quarum questionum solutiones usque nunc non fuerunt facte et minus salute. Quas quidem passiones maris est impossibile cognoscere quod sunt in mari nauigantes: nisi solum stantes in littore maris: ubi apparet fluxus et refluxus maris: et quis ibi in littore stantes possint cognoscere illas passiones particulariter: tamen minime in reliquis partibus mundi scire poterunt. Per nostram autem figuram sciet ubique locorum et semper vere et necessario: ergo nauigatio erit maxime utilitatis scire velocitatem motus maris adiuuantem: et quantum mare retardat nauigationes et per quantum temporis variabuntur hec vicissitudines: que retardant et que conferunt ad nauigationem.

Profunditates autem maris: que continue variant per continuam remotionem lune a sole et eius accensionem ad ipsius diuise sunt in figura et co-

prehendere numeris terminatis in utroque sphaera equaliter: incipiendo a centro: ubi est profunditas: ut. vii. descendendo per equas portiones ad orientem: ubi est non gradus eleuationis. Nulla: quas profunditates facile quod coniectabitur in toto mense cursus lune: si scipiet computare utrosque numeros: quoniam luna posuerit sub sole in eadem linea: in qua linea fuerit. 7. profunditatis maris sub sole et alios. 7. sub luna: quas coniungat et erunt. xiiij. tunc notabit sub utroque luminari in primo circulo. xiiij. quod si quis acceperit utraque profunditatem in una in tota circumferentia inueniet profunditatem omnem in toto mari: quod se habet in hora coniunctionis. Et si ulterius quod voluerit scire quantitate moueat lunam in omni die et inspiciat in tacuino et ponat lunam in gradu et distantia sequentis diei: et sic poterit facere in omni cursu lune menses: ut possit videre omnes species diuersitatum motus maris per omnem distantiam lune ab ipso sole: quod sane erit scitu dignum et pluribus occultum.

Nos vero explicauimus omnes mansiones lune usque ad primam quadraturam: in qua mare non mouet: ideo est et equale in omnibus partibus mundi: quia vniuersimode mare inuentum est profundum per partes. 7. 2. 7. Si quis autem curiose voluerit facere omnes portiones et variationes maris: quod facit merito cursus lune in. xxix. diebus: faciat sibi simile figuram sed maiorem: ut intra ipsam possint fieri. xxix. circuli. eo modo quo in hac mea figura sunt positi. viij. tamen: in quibus omnes variationes maris possint notari: in omni cursu mense lune: quia redeunte luna ad coniunctionem: iterum mare incipiet renouare omnes eius passiones similes prioribus. Que quidem vniuersitas quoniam sol: impeditur propter vim ventorum: sed illud erit per accensum. Figura vero nostra monstrabit omnes illas passiones maris: que erunt per se.

Notandum est autem scdo quod hic in nostro mari mediterraneo: mare fluit et tumescit usque ad duos cubitos: ubi in oceano tumescit usque ad quatuor cubitos. Cuius causa forte est: quia ibi est mare latum et profundum et non angustum: sicut apud nos: neque ibi impeditur accessus maris et recessus: put impeditur in mari mediterraneo per gadium angustiam. Tertio est notandum: quod apud Syllam et Carybdis in promontoria italie et sicilie: mare videtur non seruire cursui communi: sic etiam eodem modo et in sinu euboee: quod dicitur vulgo Regropote: ubi sunt quedam promontoria contra se posita in forma obliqua et curva: ubi spectus maris ab illis promontorijs inflectitur et reflectitur ab alio promontorio contra se posito: ideo non fit fluxus et refluxus: sed sunt quedam gurgites vel voragines circulares in fluxu et refluxu: sicut patet post promontoria in fluminibus: ubi aqua circulariter mouentur: et per accensum: doctrina autem nostra est de fluxu per se maris et necessario a deo et nam sic ordinato: cuius nomen sit benedictum per secula.

Index eorū que in hoc opere continentur.

De Artificioſo modo Collegiandi egritudinum.

- Capitulum primum. Quod facultas medicine in theorico atq; practico negotio hactenus est incompleta. fo. ij.
- Cap. ij. De quattuor causarum generibus medico pertinentium. Ibidem.
- Cap. iij. De impugnatione cause efficientis posite ab Auicena non esse aeres. s. causas maxime remotas. Ibidem.
- Cap. iiij. Quomodo medicus ratioe uniuersali cognoscere pot oēs egritudines. fo. iij.
- Cap. v. De graduatione complexionum totius corporis ex complexione principalis membrorum. Ibidem.
- Cap. vi. De epatis complexione. Ibidem.
- Cap. vii. De complexione cerebri nati. Ibidem.
- Cap. viij. De stomacho. Ibidem.
- Cap. ix. De modo capitulandi egritudines. Ibidem.
- Cap. x. De egritudine male complexione. fo. iij.
- Cap. xi. De diuisione febris putridae. Ibidem.
- Cap. xij. De accidentibus egritudinum cognoscendis. fo. v.
- Cap. xij. De recapitulatioe pmissorū. Ibidem.

De pronosticis egritudinum per dies creticos.

- Cap. pmi. De pronosticis egritudinis. Ibidem.
- Cap. ij. De necessario requisitis ad pronostica facienda. Ibidem.
- Cap. iij. De propositionibus necessarijs in pronosticis. fo. vj.
- Cap. iiij. De probationibus propositionum. Ibidem.
- Cap. v. De rationibus contra Hippocratem Galenum et Auicennam de diebus creticis. fo. vij.
- Cap. vi. Rationes ponuntur contra recentiores male sentientes de diebus creticis. fo. vij.
- Cap. vij. Rationes ponuntur contra alios

- modernos de eisdem. Ibidem.
- Cap. viij. De modo equandi domos boza principij egritudinis. fo. x.
- Cap. ix. De aspectibus cursus lune in tota reuolutione mensis medicinalis. fo. xi.
- Cap. x. De exemplo figure medicinalis et verificatione eius. fo. xij.
- Cap. xi. De regulis uniuersalibus cause mortis. Ibidem.
- Cap. xij. De modo inueniendi essentia morbi per figuram astronomicam. fo. xij.
- Cap. xij. De modo cognoscendi per stellas qui humores peccant in aliq febre. Ibidem.
- Cap. xiiij. De cognoscendis mineris febris putridarum. Ibidem.
- Cap. xv. Qualis quisq; debet esse qui medicine facultatem exercere debet. fo. xiiij.
- Cap. xvi. De diuersitate medicorum collegiantium. fo. xv.
- Cap. xv. De potentia et magnitudine stellarum fixarum. fo. xvi.

De Artificioſo modo curandi febrium.

- Capitulum primum. De modo curandi febrium. fo. xvij.
- Cap. ij. De cura febris etbice et de eius diuisione. Ibidem.
- Cap. iij. De cura febris etbice conuulſe putride. fo. xvij.
- Capitulum. iiij. De cura febris etbice accedens. Ibidem.
- Cap. v. De cura ptibis. Ibidem.

Tractat^{us} de febre pestilentiali. fo. xix.

Capitulum de causa mortis. fo. xxi.


Tractat^{us} de felicitate humana. s. xxiij.

Tractatus de occulta causa fluxus et refluxus maris. fo. xxiiij.

Explicit Aureum Opus de modo Collegiandi, pronosticandi, et curandi Febrium: atq; de humana Felicitate: neq; non de Fluxu maris et Refluxu. Editum ab Eximio Doctore Federico Chryſogono nobili Padertino. Et Venetijs impressum a Joan. Anto. de Sabbio et fratribus. Anno a partu Virginico. M. D. xxvij. kal. Aprilis.

Figura supradictorum.

Meri .R. dies.



Septem .R. trio.

Monito Concessionum.

Senatus Venetus Illustrissimus decrevit et concessit Eximio Doctori Federico Cbrisso-
gono nobili Iadertino ne quis ipso inconsulto intra decem annos in sue ditionis locis possit
editum opus ab ipso nuprime de modo Collegiandi: pronosticandi: et curandi Febrium: neque
non de humana perfectione: et Fluxu Maris et Refluxu. Iterum formulis exprimerere vel ab
alijs expressos venales habere: et si quis. S. C. parendum non duxerit. Is omnes codices amitteret
et centis aureis multabit trifaciam dividendis. Quorum una portio applicabitur camere domini:
et alia portio auctori operis: et tertia accusatori. Datum est in ducali palatio. M. D. xxvij. Mense Feb.

